

PRIMA PARS
 DESCRIPTIONIS ITI-
 NERIS NAVALIS IN INDIAM
 ORIENTALEM, EARVMQVE RERVM
 QVAE NAVIBVS BATAVIS OCCVRRERVNT:
 VNA CVM PARTICVLARI ENARRATIONE CONDITIO-
 num, morum, oeconomiae populorum, quos adnavigarunt. Praeterea de numismatis,
 Aromatibus, Speciebus & mercibus ibidem Venalibus, eorumque pretio. Insuper de
 Insularum apparentijs, tractibus, Orisque regionum maritimis, Vna cum incolarum
 ad vivum delineatione; Cuncta diversis tabulis illustrata: omnibus mare navigantibus
 & rerum exterarum studiosis, lectu periuicunda.

Auctore G. M. A. VV. L.



AMSTELRODAMI,

Ex Officina Cornelij Nicolaj, Typographi ad symbolum Diarj, ad aquam.

Anno M. D. XCVIII.

THE HISTORY OF

THE HISTORY OF THE

ROYAL SOCIETY OF GREAT BRITAIN

AND OF THE SOCIETY OF FRIENDS OF KNOWLEDGE

IN THE CITY OF LONDON

FROM THE YEAR 1660 TO 1700

BY JOHN WALLIS, ESQ.

OF THE SOCIETY OF FRIENDS OF KNOWLEDGE

IN TWO VOLUMES

LONDON, Printed by J. Sturges, at the

Sign of the Sun, in Pall-mall, 1751.

Price 10s. 6d.

By the Author, at the

Sign of the Sun, in Pall-mall.

By the Booksellers, in Pall-mall.

By the Booksellers, in St. Paul's Church-yard.

By the Booksellers, in Strand.

By the Booksellers, in Fleet-street.

By the Booksellers, in Temple.

By the Booksellers, in Fleet-street.

By the Booksellers, in Strand.

By the Booksellers, in Fleet-street.

By the Booksellers, in Strand.

By the Booksellers, in Fleet-street.

A D L E C T O R E M.



Mice Lector, quod nullæ regiones exteræ, & longinquæ, ad commercia tractanda, hæcenus à Germanis Belgis sint lustratæ, id factum conijcio, quod mediocri semper in Hispanijs facto lucro contenti, se continerunt. Sed post, continuis navium retentionibus, rerum suarum publicationibus, Mercatorum, & nautarum detentionibus molestati, eo sub prætextu, quod ex inimicis appulerant Provincijs, aut vt Inquisitionis Hispanicæ addicerentur examini, aut vt proprijs sumptibus, absque ulla remuneratione, Hispano regi inservirent, magno ipsorum detrimento: tandem considerantes molestiarum dictarum nullum finem, & in dies maiorem earum aggravationem, ad classem Hispanicam, & sustentandum & augmentandum: Mercatores damni perpeffi memores, & futuris prospicientes, decreverunt societatem inire, & ad alias regiones exteræ & remotas navigationem instituere. Rebus igitur rite perpensis, deliberarunt quatuor instruere naves, quæ Indiam peterent Orientalem, ex qua annis singulis, magnæ in Lusitania advehuntur opes, iisque in regionibus, in quibus Lusitanis nulla est authoritas & Iurisdictio, tentarent an cum Indis, & insularum incolis, firma aliqua commercia tractare & obtinere possent: sic sperantes se effugere posse Hispanorum tyrannidem in annum 1594. æquo animo toleratam, & species, Aromata, aliaque, quorum forum Lusitania sibi vendicat, in has advehere regiones, in magnum Germaniæ inferioris Provinciarum Vnitarum commodum, & particularium Aromatariorum vtilitatem. Quatuor harum navium fabrica inchoata est mense Maio, anno 1594., quarum duæ, capaces erant singulæ onerum 230. tertia onerum 130. & quarta, Pinassa vulgo dicta, onerum 25. in reliquarum trium ministerium fabricata. Harum autem primæ, nomen erat Mauritius: alteræ, Hollandia: Tertiæ, Amstelrodamum: Quartæ, Columbulæ, quæ cum essent fabricatæ, præparatæ, & armatæ tribus & viginti tormentis AENEIS, 43. ex ferro fuis, & 36. Catapultis petras iaculantibus, virisque 249. ad urbem Amstelrodamum, die 4. Martij 1595. recessit; Texeliam die decimo navigarunt: dieque 21. ad navium stationem pervenerunt. Ego vero, qui a teneris annis, summo desiderio affectus fui, ad peragrandas regiones exteræ & remotas, a Societatis Curatoribus, Comissarius ordinatus & conductus fui, dieque vigesimo nono dicti mensis, cum aliquibus ex Curatoribus Texeliam profectus, ipsis Calendis Aprilis navem conscendi, ad destinatum nostrum iter nauticum, Dei Opt. Max. favore, inchoandum: ipsum humiliter invocans, vt suam divinam misericordiam concedere dignaretur, ad iter hoc nostrum, ad ipsius gloriam, perficerem. Vale,

G. M. A. VV. L.

[Faint, illegible title]

[Faint, illegible text - approximately 20 lines]

[Faint, illegible signature]

[Faint, illegible date]

PRIMA PARS DESCRIPTIONIS ITINERIS NAVIGANTIS IN INDIAM ORIENTALEM, EARVMQVE

RERVM QVE NAVIBVS BATAVIS OCCVRRERVNT:

Vna cum enarratione conditionum, morum, & Oeconomix populorum,
quos adnavigarunt: deque numismatis, Aromatibus, Pigmentis, &
mercibus ibidem venalibus, &c.

Quomodo, & quando mari se commiserunt: naeque hinc ad Promontorium usque Bonae Spei ipsi evehenerunt.

CAP. II.



ANNO salutis 1595. Ipsi Calendis Aprilis, quatuor naues Itineri Indico destinatae, Texeliz aderant iam preparatae, ad navigationem instituendam versus Africæ frontem, seu Promontorium Bonæ Spei.

Die 2. Aprilis, in Dei nomine ora solvimus, velaque vento commisimus, enavigantes Hispanorum ostium. Die 3. nobis se iunxerunt naues quinque, Hispaniam petentes. Die 4. navem prædiciariam Regine Angliæ, eiusque Pinaffam, in ipso freto, inter Porrum Iocium & Dovram convenimus; ubi & alias quatuor naues nos sequentes conspeximus, quas alia navis prædiciaria Anglica, una cum eius Pinaffa, adnavigavit: Sub Solis occasum Vespem insulam vidimus, navesque nonnullas ad anchoram, sub

Anglia positas: & die sexto Aprilis Heisandum deicimus. Die septimo naues quinque prædiciæ, Hispaniæ oras petentes, nos deseruerunt. Die 9. coniecimus nos esse ad Ortum & Occasum Promontorio Cælico, miliaria: 25. a litore remotos: & die 11. plures ex nostris navibus, pro veteri more, bapnifavimus, eo quod cõciecerunt: distantiam miliarium 50. ab Erithæa, vulgo Bartenges, subesse 40. grad. Poli. Sic navigantes expansis velis, & felici vento, die 14. navem conspexitimus, Promontorium Sacrum præterentem, quæ Dromas videbatur. Die 16. duas conस्पexitimus parvas insulas ad No: apeliorem Portus Sancti, sitas: dieque frequenti exiguis insulas, vulgo los Cerres de Madeta: sed die 19. mane, insulas *Palma*, *Teneriffa*, *Gomera*; & sub vespem *El fierro* vel Pituitalam, ad quam certam navis cursum direxit, quem sequuti sumus, sperantes ipsam consequi posse, literasque deferendas dare, quibus Dominis Curatoribus proferamus nostram significaremus profectionem, quam consequi non licuit, ob noctem supervenientem. Iam cursum nostrum persequentes, die 25. Aprilis, insulam, vulgo *Bona villa* dictam, deicimus, quam præternavigavimus. Insula est scopulosa & arida; a latere Orivo duos scopulos habens: deliberavimus anchoram solvere sub insula Maij, quod sequenti die factum fuit, ad latus Occiduum, in gurgite 16. Orgyiarum, & fundo arenoso, nobis ad Africum existente insula D. Iacobi, quæ a Lusitanis habitatur. Interim quod occupati essent in deponendis aliquibus tormentis, in Insulam Maij descendimus, in qua bina parva dirupta templa invenimus, & aliquas domos collapsas & desertas. Insula est arida, & tota fere pernicosa, in qua Hædi, Gallinæ Numidicæ, ac varia avium genera abundant. Salis dives est, qui a mari in insulam mittitur, sed difficulter ad naues transferri potest, ob brevia æstuantia. Ad Ortum fluviolum habet aquæ dulcis, cui adsstant nuces, quas Cocos vocitant. Hæodos multos cepimus, quos ad naues portavimus. Sequenti die in terram iterum descendentes, vñ decem invenimus equos: & hæodos venantes, aliquot ad naves demissimus, tormento quo eiacuato, cursum persequuti sumus ad Ypophœnicem, sub 5. gradibus latitudinis: dieque 28. huius, Solem habuimus verticalem.

Die 4. Maij mane, sub altitudine sex graduum, vidimus duas naues Lusitanas, vulgo Craecken dictas: quarum altera dexteram, altera sinistram navis nostræ tenuit: sed ubi nos perceperant, nos fugere conabantur, eaque de causa sæpius velum atrolentes, & tormenta duo eiacuantes, vt eas desereremus; tandem coacti fuerunt nos ad navigare, qui eorum in itinere possit eramus. Sed invicem appropinquant, aplustra deduximus, vt iniunctum nobis erat, quod & ipsi fecerunt: convocatoque Consilio, emissis scaphis nostris, ab ipsis cõiecturam distantia: a terra inquirimus, quam 80. miliarium affirmarunt, quæ duæ naues cum tribus alijs, 25. diebus elapsis Olystipona solute, Goam navigantes. In altera harum erant Archiepiscopus Goanus, classarij 450. & nautæ 150. vt dixerant, & 18. tormenta ænea. Interrogabant ipsi quo tenderemus: quibus respondimus, ignoras querere regiones, quæ Regis imperio non erant subditæ. Donaverunt nobis ceras capsulas Carnium Cotoneorum, & Confessiones: nos contra illis cassoos aliquos & pernas. Qui nos rogantes, vt alium fumeremus cursum; eo quod illis iniunctum erat nullis cum navibus navigare, nisi quæ Regia gerebant aplustra, eiacuato hinc inde tormento, ho-

Anno 1595.

Tempus solis huius die orit, & quæ naues a nobis vix, & alioquin.

Causa quæ re: a nave persequi sumus.

Descensus in terram.

Horodorum vestio.

Sub altitudine Poli 6. grad. vidimus duas naues Lusitanas.

PRIMA PARS NAVIGATIONIS

noctis ergo, navem continenter insequuti sunt, quae semper nos in conspectu tenuit: & nos cursum nostrum perfequentes, sequenti die adhuc eadem conspeximus vela.

Die 9. Maij, ingens nobis exorta est tempestas, quae parvo tempore duravit. Die 10. conspeximus septem naves, sed ob malaciam non licuit eas consequi, nisi die sequenti, tempore pomeridiano: fueruntque naves quinque Baravæ, & duae naves aethiopicæ Lusitanæ: Nos autem in vicem cognoscentes, prae gaudio reciproce tormentata aliqua circalavimus: scaphisque eductis, ipsos accessimus. Donabant nobis Confectiones & Saccharum; nos contra illis Cerevisiam, aliaque cibaria: sed superveniente nocte ab eis recessimus: qui hoc noctis spatio navim Mauritium & Pinassam, in conspectu amissimus; sed sequenti die a meridie ipsas iterum consecuti sumus. Iam

Tabula frontis Africae, sine Promontorio Bona Spei, aut anguli Australis Africae, quod sinum est sub Altitudine Polari 34. grad. cum semisse, ad Austrum linea Equinoctialis. Insulae & Portuum, Scapularum, Pulverum, & Vadorum; tam vera delineatione Sinus Aquae S. Blasij, ungue Aqua de S. Bras, qui nobis portus commodus erat ad renovandam aquam dulcem, & summi necessarii ad agrum nostrum recreandam. Hinc sinus sumus ingressi die 4. Augusti, 1595. Hic recuperavimus, carnes, aliaque confortantia. Pars est austeris Regionis Regni Monemotapa.

Facies terra Promontorii Bona Spei cum prater navigat: distatque à Promontorio de Agulhas insularia Germanica 22.

A. Flavioles ex quo aquam dulcem haurimus.

B. Scapulus, aut exiguus Insula, sub qua positi eramus in gurgite 10. aut 11. Orgyiarum, Sinus hic sumus est ad Orientem frontis Africae, sub latitudine Australi 24. graduum.

C. Aves ad vivum depicta, quae circa Promontorium Bona Spei conspiciuntur, suntque lata signa eiusdem Promontorii.

D. Tronca, quae insulantes videntur: suntque signa appropinquationis ostia Promontorii.



dictarum navium praetoriz, nocte precedente, maior stilus a fulmine siue tonitru precipitatus fuit. Invenimus hic fluctus validos, qui his 5. aut 6. diebus continuis nos repulerunt, vidimusque; aliquem aquarum Vorticæ. Prosequentes cursum nostrum versus Brasiliam ad Notolybicum, quantum ventus concessit, qui hic frequentius est Notapeliotes, magna tranquillitate & imbibus commixtus, qui a Lusitanis *Trinobas* vocatur, & repente tali violentia irruit, ut caelum rure dicat: quo summe cavendum est, qui naves aliquando obruit; ut accidit in secunda Lusitanorum classe, quae in Indiam Orientalem perterrita, quando quatuor naves sinual perierunt: non tamen

vltra

ultra horam aut sesquihoram durat: cui rursus tanta succedit tranquillitas, vt mare congelatum dicas. Sic die 4. Julij magna maris tranquillitate, & calore, Lunam Aequinoctialem vento Notapeliotico superavimus, qui ibi, & inde ad Abrolhos viget, & integro spirat anno. Quare quam cito dictam transieris lineam, ad Orientem, quantum fieri potest, dirigendus est cursum, ad sperandum Abrolhos; qui scopuli sunt ad Oras Brasiliae, miliaria fere 30. in mari se extendentes. Nam qui ipsos superare non potest, ab itinere decedit, & reverti debet. Hos scopulos & brevia superavimus die 25. Junij, sub altitudine Poli antarctici 18. graduu, quare summo gaudio affecti fuimus, eaque de causa genio strenuere potando Indulsumus. Circa diem primum Julij, primus aeger obiit in classe, & ex victu nimium falso, validus classem invasit morbus, vulgo Scuerbuic dictus.

Die 23. Julij, cessavit Notapeliotes, cepitque flare Zephyrus, sub latitudine 30. graduum. Morbus in dies magis crevit, quare moerore afficebatur.

Die 1. Augusti, varias conspeximus arundines cum radicibus, quas Trombas vocant: quae egregium notitiae signum sunt: eoque magis quod multas vidimus aves nigras, rostris albis, ac cineridas variegatas, quae non longe à terra se tenent.

Die 4. Junij
linea in A-
quinoctialem
transivimus.

Die 25. sco-
pulos Abel-
hos sub Poli
Antarctici
altitudine
18. graduu
superavimus.
Signa noti-
tiae bona.

De visu Promontorii Bona Spei, & quid ibi in terra accidit.


CAP. 2.

Die 2. Augusti navigantes vento Boreo, ad Borrholybcum, deteximus Promontorium Bonae Spei, quod omnes summo gaudio affecit: nam secundum coniecturam diu id expectavimus: aberamus ab eodem miliaria 5. fere ad Aquilonem: fuitque terra alta & montosa: & cursum direximus secundum littora, ad Eurum, invenimusque terram successivè humiliorè & planiorè, & emissà bolide fundum argillosum tentavimus, in gurgite 57. Orgyiarum. Sequenti die flumen percipimus, ad quod pulvinus erat, & sub vesperam apparuit Promontorium d' Aguilhas, existens angulus declivis terrae, & profundum dimensi fumus 35. orgyiarum, eratque fundus ex arena glareosa: declinavimus ab aggere, sed in quadràte diurno, quarti diei Augustij, iterum direximus versus aggerem, & conspeximus retro nos angulum declivem. Circa Circium Pinassa sinum ingressa est quae nullam idoneam navim stationem reperiens, tormentum eiacula est: quare nos hunc Sinum praeternavigantes, Sinum S. Blasij, vulgo Agua de S. Bras, intravimus; qui omnibus ventis patens est, excepto Boreali, &

Promontorium Bonae Spei detectum.

Sinus S. Blasij forma.

Promontorium Daguilhas.



Facies Promontorii d' Aguilhas, cum tibi ad Caeciam situm est.

circundatur alia duplicata terra. Ad angulum Occidentum, arbor est, quae cum prima apparet, arcem parvam refert. Hae anchoram demissimus in gurgite ro. ant 16. Orgyiarum, & fundo arenoso: sed quanto propius ponitur angulo Occiduo, tanto fecundius erit, ob tiberam maris vndas, quae ab Austro incidunt. Nihil ibi est quod memnas, praeter id quod pra oculis habes. Deliberatum fuit die sequenti in terram mittere viros octo, ad explorandum terram, quod factum fuit; navigantes cum Celoce & scapha: scapha quidem ad partem Orientalem; quae summum submerfionis periculum passa est; quia valida tempestate oborta in litus pulsa fuit. Celox vero ad partem Occidentem appulsi, ubi in terram descendentes, altiora terrae percibant, vt terram lustrarent. Interim scapham accesserant 7. Mauri, qui nostrorum vestigia sequentes, ipsos assequuti sunt. Nostris illis ostendebant certos cultros, pannum lineum, tintinnabula, parvaque specula, ac vestes aliquas laneas: sed illi quid cum his rebus facerent, profus ignorabant, quare reiecerunt. Propinabatur & vinum, & panis biscocodus, quae gustaverunt: sed vespera ingruente nostri ad naves redierunt. Ego equidem scopulum, qui in Sinu sacco erat, adnavigavi, vbi innumerati Phocae, avesque (quas nos Pinguinos nominavimus) erant; in tanta quantitate, vt scopulum fere cooperirent. Confuso autem scopulo nec vinuli marini, nec aves, se movebant (eo quod pauci aut nulli homines ibi ascendebant) donec magnam avium copiam occidentibus, quibus cutis adeo dura fuit, vt vix machata in partes discindi possent, excepto in capite. Scapham implevimus avibus, quas ad naves redientes totae classis imperitii fumus. Hae scopulus ex his avibus, Vitulique marinis mirum in modum foetebat.

Aliquos in terram missimus ad explorandum.

Vituli marini innumerabiles, & aves.

Die 6. Augusti, tribus celocibus terram adnavigavimus: quo missus eram vt terram lustrarem: regio profecto amoenà, sylvis odoriferis & floribus ornata. Nos vero miliare diducimus terram ingressi; in monte exsistentes, apparuimus ijs qui in Celocibus remanserunt. Diversa hominum vestigia vidimus, Oves, Canes & Perdices: paulo vltius

Quid nisi terram lustrantur eveniret.

PRIMA PARS NAVIGATIONIS

veterius invenimus parva specula & tintinnabula confracta, quæ pridie illis donata fuerant, & panni linei partē Ericæ impostam. Interim incolarum aliqui scapham accesserant, quo & nos remeavimus: at illi, quibus compendiosæ sylværum fernicæ cognitæ erant, mox nobis aderant, antequam perciperemus, qui & mox recesserunt. Indicavimus signis, prout melius ponimus, ut nobis Oves & Boves adducerent, ferro (quod *Cerrî* vocant) commutandos, quod se facturos promiserunt. Hoc ipso tempore pomeridiano, alios 20. viros in terram misimus, ut cum incolis euntes, viderent an aliquas domos reperire possent, sed frustra. Incolæ enim cum nostris per in via gradientes, si nostri incedebant, sic & illi: nostris quiescētibz, illi calcaneo infidebant: quare nocte suspensūciēte; nostri, & nos cum illis, ad naves regressi sumus.

Ovium est-ferro commutatio.

Die 7. Augusti tribus Celocibus matutino tempore in terram iterum descendimus, ea quidem intentione, ut ipsos in villa, aut habitacionis loco inviseremus; coque perreximus 23. viri animosi. Post medium horæ, nobis obviam facti sunt incolæ cum sex Ovibus, quas ferro 30. librarum fere commutaverunt, parumque argenti: qui tum ferrum findere nequiret, contentio inter ipsos orta est: moxque fumum fecerunt, signum quippe, quo focis indicari significare volebant: quare ignem extinximus. Tunc illi cum duabus ovibus fugerunt, & nos reliquos quatuor ad Celoces remeavimus. Illi vero nos iterum sequebantur, acclamantes quod plures adducerent oves, qui sub vesperam ad nos redientes, pacem nactus fecerunt: nos vero vinum Hispanicum ipsis propinquavimus, ea conditione, ut die sequenti plures adducerent oves; nos econtra ferrum adferremus. Dolia nostra aqua dulci replevimus, quæ ad latus Occiduum descendendo, reperitur. Inter fossuras indicium aliquod erat, quod olim certa quædam ratio eodem in loco se fecerat: nam non longe ad Austrum ab aquarum loco, propugnaculum ex lapidibus constructum invenimus; in quo, ut conspiciere licuit, olim aliqui se fortificaverunt. Sequenti die iterum terram repetentes ad hauriendum aquam, aliquo: Ostrea, Margaritæ continentia, piscium sumus. Deceptissimus quoque aliquas herbas odoriferas, quarum ibi est copia: sed a vigilibus accepimus, quod in eo locum oves adducerent, ferro commutandas, quod factum fuit: & accepta promissione, se plures oves sequenti die adducturos, ad naves regressi sumus.

Diversa commercia cum Promontorianis.

Die 9. Augusti, Incolæ in litore nos expectabant, indicantes quod oves & boves adduxerant: & ipsomet die facem arboream vitem, egregio bove commutavimus, & Victoris malleo veteri bovem permutavit: sed pro novo duos boves exigentes, tantummodo vnum egregium obtulerunt. Tunc recessimus, in alterum diem redituri: die quoque subsequente summo mane in terram descendimus, ubi & Incolæ præsentis aderant, parati nostras videre merces, quas in sacco attulimus: quibus visis, quilibet focium prævenire voluit: accepimusque pro vestri ferro 70. librarum, in partes quinque diviso, duos egregios Boves, & tres Oves: pro cultro falcato, securi, aut Battillo, aut vestri ferreo curo, cum cultro & ferri fragmentis, quæ apud nostros quatuor florenis emi poterant, accepimus Boves tres, & Oves quinque. Quod si plus ferri habuissetus, plures obtinuissetus Oves & Boves. Nam copiam magnam Bovum & Ovium, in altioribus terræ locis pascentem vidimus: nos vero illis signis indicavimus, sequenti die redituros.

Incolarum forma, & mores.

Incolæ, homines sunt statura paulo breviores, quàm nostrates: colore raso subobscuro, alter tamē altero fusciore. Incedunt nudi, gerentes pellem Bovinam, amiculati modo rotandam factam, & pilis corpus tangentem: medioque corpore cincti sunt cingulo lato ex eadem pelle, cuius extremitas altera pendenda tegit. Eorum aliqui calcæorum loco, asserculos sub pedis planta gerunt. Ipsorum ornatus sunt amilla ex ebore, aut ære rubro: conchæ politzæ: & aliquos anulos aureos in digitis habent: habent quoque orbiculos præcarios ossæos aut ligneos, varique stigmata in corpore candente ferro pressa. Semper pessime olebāt, quia adipæ & axungia se semper vngunt. Nullas ipsorum ædes unquam videre contigit, multoque minus mulieres villas. Ignem sæpissime sub damis struentes vidimus, quem confractione mutua duorum lignorum ingeniose eliciunt & accendunt, noctem ibi consumentes: quos ignes singulis noctibus, multis in locis conspeximus. Cum autem Boves aliquos macinavimus, intestina petebant, quæ cruda ederāt, præcipuis stercoribus eiectis: aut in pellis praevario parillis confixa, subdito igne, intestina parumper calefecerunt, eodem fere modo quo laridum cum Oleræ coquitur. Nihil præterea de illorum moribus discere concessum erat, quam quod impedita loquuntur lingua, sicuti apud germanos Alpium Iuliarum incolæ, qui ex aquæ nivalis asperitate, ex quibus fontes salientes ortum trahūt, sturumosi sunt. Gerebant quoque collo suspensas carnis particulas exiecatas, & Ossicula.

Quadrupes dia & volatilis huius regionis.

Animalia quadrupedia quæ hic percipimus, sunt Boves egregii, similes Hispanicis. Oves adco magnæ, pulchræ & sapidissimæ sunt, ut similes nunquam viderim: quarum aliquæ cauda maxima sunt præditæ: non sunt tamen lanigeræ, sed pilis Caprinis vestitæ. Habuerunt & Canes.

Ipsorum volatilia erant Perdices, Coturnices, Alaudæ, Falcones varij, & Passerum copia.

In hoc Sinu, magnorum piscium est copia, qui noctu ad naves nostras colludebant. Alij non reperiuntur ibi pisces, quia a Phocis devorantur.

Delinatia, formaque Incalorum Promontorij Bone Speri qui Saphrea dicuntur: homines sunt animosi, sed contumeliosi, reddi pellibus Bovillus, & Ovibus, animalis forma fallit. Arma ipsorum sunt mediocres sarisse, quorum nonnulla sunt propitata, aliqua porci: sed frequentius confida habens igne induratas. Padenda regunt canda Ovium, cingulo accincti. Animalia curiagera, sicut ut Hispanica, membris optime disposita. Ovum permagna sunt & palcra, non tamen lanigera, sed vitulinis pilis producentes: sunt sapidissima, quia optime herbe odoriferis pastuntur. Pinguis & Phoca, hyberno tempore hic abundant: estate vero in mari villam querunt. Quae cum hic ternis ad unum delineata.



Quomodo Sinum S. Blasij, vulgo Agna de S. Blasii enavigarunt: quidque illi inter Insc Sinum & Insulam Madagascar, sive D. Laurentij acciderit.

CAP. 3.

Die 11. Augusti, & si Armenia & greges pascere conspeximus in altioribus terne partibus, tamen & querelas classiariorum, qui plurimum debilitati erant, ex diurno labore, aquas hauriendi; quorum cum multi semper madidi ob aspera litora, & refectiones humores ad pedes pelientes, recidivum passu essent atque ex Austro nos minarentur tempestas valida, a qua tui non iacebamus: deliberatum fuit sub vesperi vela dare, quod & factum fuit: & vento instabili, diversis cum tempestatibus, per quas mutuum conspectum aliquando perimus, ad Cacciam navigavimus, usque in diem secundum Septembris: quo die conclusum fuit; ob debilitatem omnium nostrorum, quorum permulti ex Scorbuto decumbent, adnavigare Insulam Madagascar sive D. Laurentij, sciti cursum nostrum ad Aquilonem persequentes, subsequenti die in aurora, ipsam deteximus, qua laevis & plana erat regio, excepto Promontorio S. Romani, quod montosum & collibus praeditum erat, multumque elevatum atque duplicatum. Die sequenti bolide tentavimus fundum moere arenosum, in gurgite 20. Orgyiarum, miliare a litore distantes: sed a meridie bolide demissa, miliaris quinque a litore, tentavimus in gurgite 52. Orgyiarum, fundum arenosum conchis permixtum: sicque riu declinantes, tum adnavigantes, ut Promontorium angulum superare velintando possemus, confiditantes nos nihil proficere, ob validissimum repugnantem fluctum, & ventos Notapello-

Apparitia Insula S. Laurentij, S. Romani.

PRIMA PARS NAVIGATIONIS

ricos, die sexta Septemb. veli sinum deduximus, & versus angulum Occidentalem uavigavimus, portu aliquem quarentes, in quo naves salvari possent, & refocillantiâ adipisci. Et ideo navis *Amstelredamum* dicta, scapham eduxit, qua 6. viri terra petentes, versus Promontorium *S. Mariae*, profundum tentarunt bolde 24. Orgyiaru, in fundo arenoso conchis permixto, sequimiliari distantes a terra. Sed vno nulliari a terra remori, profundum erat 18. Orgyiarum, & arena grossa. Ad iactum Muscici a litore, in gurgite octo orgyiarum, erat arena grossa silva. Percepimus in litore viros sex, qui scapham adnavigantem conspicientes, intulit alta petebant. Nostri appellentes Promontorium *S. Mariae*, quod est angulus altus & arduus, tres piscatorum naviculas, quas *Lacca* nominant, viderunt piscantes, quas remigando adnavigarunt; quarum duas sunt consequuti: sed cum ipsos intelligere nequirent, Orbiculos precarios aliquot eis dederunt, & alias merces: illi vero vicissim nostris pisces aliquot praestiterunt, sicut ab invicem decesserunt. Tunc nostri in terram descendentes, quinque incolas invenimus, qui nostros noluerunt expectare: & nihil praeter aliquot Oltrea recuperantes, ad classem redierunt, remigantes versus alias naves: Vbi unanimiter deliberatum fuit, quod die subsequenti cum Pinassa terram versus, quanto propius fieri posset, navigaretur, vt semper Celoci posset auxilio esse, si opus esset, quod factum fuit. Cursum ergo cum Celoce dirigentes, & terram quam propius posset adnavigantes, ademit dux naviculæ piscantes iuxta duos scopulos, ad iactum tormenti ex ferro fusi, a terra distantes: quarum alteram tribus cum viris fuis adsequuti, & ad Pinassam duximus. Erant viri robusti & optime proportionati, a quibus emimus circiter 60. Abramides petreas, certis orbiculis precariis & nummis: dedimusque eis quod ederent & biberent, pileos rubros, aliasque merces: quare valde laeti in terram navigarunt. Reliqui in litore stantes, cum viderent abducere socios, plurimum lamentabantur, magnumque sinum excitabant, quod & ubique fecerant, ad Oras nos percipientes.

Navicula tribus cum viris ad Pinassam deducta.

Terræ Infractio.

Nullus populus, nulla arbor, nulli fructus, nulla volucris.

Alia terræ exploratio.

Similis navigationis incertæ, lenibus e-versu fuit.

Die 12. Septembris, concessum mihi fuit si aphis Pinassam appellere, deinde terram propius accedes secundam littora navigare: sed eodem die nihil aliud actum fuit. Regio erat tumulis plumbis arenosis circumdata. Die subsequente scapha navigavimus retro certos scopulos, ubi sinus erat. Scopuli extenderunt se semi miliare in mare, & ad Porphyriticum istorum parva erat insula, distans fere miliare a terra. reliquæ naves nos sequebantur, iterumque appulimus naum Mauritium, ad habendum novum mandatum: ubi deliberatum fuit, quod ego una cum duobus alijs terram petere, ubi iunctum post scopulos in terrâ descendimus, in loco a brevius magis libero. In terram descendi, tam diu progressi sumus, donec ad aquâ pervenimus, quam transire non potuimus, ideoque reverti sumus. Vestigia multa vironum & puerorum vidimus, sed nullas ædificas: focos tamen multos ubi ignes struxissent invenimus, adque naves remeando, animadvertimus fauces, per quas ad interiores aquas scapha navigari poterat, quod tunc factum non fuit. Die sequenti retro insulam navigavimus, eo quod ex alia nauium navigatione nos tempestas valida migrare coegit, ibique anchoram commisimus fundo, in gurgite 9. Orgyiaru. In hac insula neminem invenimus, nec aquas dulces, nec fructus, nec armenta, nec greges, nec aves ulla, nisi Ardeas aliquas. Altero vero die, Celoce & Pinassa ad occidentem navigavimus: sed ob brevia, ripes, & vada nusquam penetrare concessum erat, & cum egrediendum erat, per casdem fauces quas intravimus, egredi necesse erat: quare in alterum diem, nempe 16. huius mensis Pinassa adsumus. Plures incolas vidimus, sed ipsos accedere, ob breviam, negatum fuit. Martino tempore, ad Orientem navigavimus, & iterum retro ripes ante scopulos in terrâ, ubi primo, descendimus, inde versus sylvâ progressi sumus, ubi magnus ascendit fumus, sperantes nos ibidem numerum aliquem incolarum reperimos: sed appropinquâtes, viros duos vidimus retia gerentes. Nos versus sumus euntes, yetulam cû iuvenula invenimus, Ericetû comburentes: quas cû intelligere nequivimus, ad viros, quos vidimus, nos miserunt: quare orbiculis aliquibus precariis mulierib. datis, viros sequuti sumus, eosque vocantes constitimus paulû, nos expectantes: qui tandem depositis reibus fugientes, sylvam quandam sunt ingressi, nosque illorum sequentes vestigia, ad aquam pervenimus, ubi virum cum tribus pueris piscantem reperimus ad alteram ripæ partem. Hic vnum ex pueris misit ut allos vocaret, qui mox cum fene redierat. Tentavimus ipsarum lembo quam ibi invenimus, hanc aquam transnavigare, sed similis navigationis inexpecti lemibus eversus est, & nos e-natando solvati fuimus. Illi vero videntes nos eos non posse accedere, vi mudi incedunt, ad nos venerunt, gerentes in manibus tria fasciula: quibus donavimus aliquas tesserulas precarias. At nos illos non intelligentes, sicut nec ipsi nos, reversi sumus: & quæ indolsti ad Celocem, & cum iam sero esset, ad classem remavimus, navicula invenimus ob validam obornam tempestatem, duobus anchoris firmatas. Naviculae Amstelredami funtem anchorarum ruprum: quare non firma manens, anchoram sacram, & quotidianam eijcere coacta fuit, sicque salva remansit. Et nobis ob tempestatem, vix navium aliquam consequi licuit.

De scripto

Descriptio insulae magnae Madagascar, sive S. Laurentii, sicut a nobis est circumnavigatae trallini, una cum brevibus pulcherrimis scopulis, pro-
 funde, & adiacentibus insulis. Item camerisj Batavorum delinsum, & fluminis aquae dulcis, sive Porus S. Augustini, sicut magne, & insula S.
 Mariae, singula literis Alphabeti signata, ad studiorum instructionem. A. Locum ubi primo ancoratus deusimus, & mansimus, B. Insula,
 Batavorum camerarum dila. C. Sinus aquae dulcis. D. Flumen dulce. E. Propugnaculum. F. Angulus Borealis. G. Insula parva
 Australis. H. Insula S. Mariae. I. Sinus in eadem. K. Villa primaria. L. Primus yamui fluvij insula Madagascar. M. Alter va-
 mus eiusdem fluvij. N. Interfluvium insulae S. Mariae. O. Scopulus Occidentis eiusdem Insulae. P. Insula sinus magni, ubi aquam recentem
 accepimus. Q. Fluvius. R. Villa S. Angeli. S. Villa Spatenburg. T. Villa Borealis. V. Villa ubi primo ad anchoram eramus.
 X. Villam quam negotiati sumus. Y. Villa sexta. Z. Locum ubi rogabam, ut evocatus appelleremur.



Quid praeterea sub camerisj Batavorum accidit.

CAP. 4.

Die 17. Septembris iterum scapha ad insulam missa, viri tres ab vna parte, duoque ab altera in insulam pro-
 gressi sunt: at hi solummodo virum & feminam invenerunt: quare sub vesperâ ad scapham reversi sunt.
 Reliqui vero tres, ne deviarêt, pyxidula nautica sylvam ingressi sunt, in qua iter fererent circum sinû ma-
 gnum aquae salis, in vesperâ fere; quibus tunc obviam venit vir Ioniôr niger, qui ad virû senê, qui eius pater vi-
 debatur, ipsos duxit. Hic illis Cancros aliquos ad edendû, & aquam ad bibendum dedit. Nostris vero, qui vltierius
 deduci petierunt, ad inveniendum aquam dulcem, inhuabant se velle somnum capere. Tunc nostri pileum al-
 bum & rubeum illis donarunt, quare voluntarij fuerunt ad nostros latius deducendos. Cum iam paulo progressi
 essent, Luna lucente, senex recessit, qui mox reversus, & ignem struens, hanti ad quiescendam federunt. Sed cum
 vno & eodem loco diu haerere metuebant, iterum progressi sunt: tunc lunior recessit, & mox cum sex alijs redi-
 dit: qui cum sepius consultarent, nostros fuerunt suspecti: cumque aliquos orbiculos precarios, quos petierant
 a nostris dono accepissent, duos ex nostris arripuerunt; sed tertius evadens, duos alios e manibus eorum libera-
 vit. Tum pugna inter ipsos petris inchoata est, nostrique tandem lassati, ipsi se dederunt, vestibusque & armis

Tres viri
 terram lu-
 strantes, ve-
 stibus & ac-
 mis spo-
 liantur.

PRIMA PARS NAVIGATIONIS

spoliati fuerunt. Tunc nostri iter persequuti sunt, circum dictum sinum aquae interioris, in sequentem vesperam; & in noctis exordio ad ripam alteram venientes, scapha illuc navigavit: siquae omnino lassus, à Sole aduisti, & exanimis fere, ad classem redierunt.

Delicatio ad vicum Insularum Madagascari, sive Insula S. Laurentij, sita sub Poli Antartici altitudine 23, graduum, in Partu S. Augustini, qui nobis flumen dulcis dicitur, una cum spiram vixeribus, vestibus, aranis, domesticis, piscatione, armentis, frugibus, avibus, venatione, fructibus & herbis in ea crescentibus, quantum intelligere licuit. Omni carens religione, nullas habet leges, nisi a naturae iudicio. Nesciunt diem a die distinguere, nec diesbus, septimanis, mensibus & annis aetatem numerare. Bella cum vicinis gerunt, si mutine capiunt, vendunt, aut redimunt. Ovibus aut Bovibus, sine iaculis, quae Lesio vacillant: quia adeo recte dirigunt, ut in denarium sexcentis, tali impingunt vi, ut nihil resistat; immo illud quod scilicet penetrare non potest: dormit quoque & hac iacula avertere & abire si defendere.

A. Aves sunt magnitudine Ciconia, rostra habentes curva. B. Haec animalia ibi abundant: habent caput vulpis, & corpus & tandem Cercopithecus; celeritate currunt, & ex vna ipse aliam saltant arborem. C. Naviculae sunt ex trunco excavatae, vitruoque baculis munitae, ne vertendo everti possint, & sic piscantur. D. Tigridiola, quae nulla rei communi, quam ad Solem vitandum: suntque adeo humilia, ut rependo intrari debent: in arena dormiunt. E. Ovis quae caudam adeo magnam gerunt, ut vnum ex quatuor quartis pendere saperet. Boves, gibbos, & magna vermina gerunt: optimum quoque carnem habent. F. Fructus hoc ibi abundat, & est bonus.



Exploratio
terre
descriptio.

Dié 20. Septembris, rursus terram versus navigatum fuit: perque fauces aquam interioriorem intravimus, ad quã ingens erat pulvinus. Ingressi ad dextram atregias vidimus a piscatoribus habitatas. Invenimus ibi tantummodo viros duos, & feminas quatuor, qui locum aquae dulcis nobis monstrarunt, quae nobis deficiebat: nam vir gerens simularum loco duas arborum cortices, ad hauriendum, id fecit: cum quo quatuor viros misimus, qui alium locum habitatum intraverunt, ubi mulieres solummodo invenerunt. Nos hanc aquam saltam gustantes, nullam nobiscum portavimus: sed scapham, vulgo *Amadia* dictam, remigando adsequuti sumus, ubi Coralloi aliquos piscibus commutavimus: tunc aliam remigando perfecti sumus, quam ob vada consecuti negatum fuit. Vidimus tres Aethiopum tummas sylvam egredi, inter quos & Dynasta erat, quem *Andrea* vocant; qui nobis ostendit ut locum adnavigaremus vadofum, qui maris recessu omnino sicus erat: nos vero suspicantes, quod noctu nos eo in loco, cum suis opprimere vellet, sub vesperam aquam profundam elegimus, ubi binæ nos appulerunt scaphæ

scaphæ, sive *Abnadia*, adherentes nobis Cancros in cibum, illosque vicissim participes fecimus nostri eduli; qui concentu harmonico canebant. Nos quidem illis non fidentes, & suspicantes exploratos esse, præcepimus vt abirent, & diligenter vigilavimus, ne nos opprimerent. Nocte mansæta sinum pernavigavimus, qui nullam aquam dulcem invenientes, eo vnde veneramus reversi sumus. Tunc incolæ vndecim scaphis nos accesserunt, rogantes vt vna cum illis ad eorum domos aut habitationis locum navigaremus, vt nobiscum negotiarentur: quod fecimus. Illi vero nos hortantes in terram descendere, recalcavimus, memores eius quod nostris focis die præcedente fecerant, & præteritum eo quod multos inter arbores oculatos conspeximus: Immo nec Dynasta, nisi in fine, nos accedere magna in navi, quam *Canna* vocant, audebat: qui a reliquis Mauris, omnes fere eorum pisces accipiens, eosdem referulis præcans commutavit. Indutus erat panno Gossypino striato ad genua vique, calcitræ aut Iodiciæ Hispanici modi: Et nos cum nocti essemus multos pisces, ad sinus fauces navigavimus, vt nos ibi aliquantum reficeremus. Illi vero cum nos navigando illis celeriores conspicerent, terram reperiunt, vbi insidias posuerant. Nos autem in terram descensu, excubias fecimus, ne ab improvîso opprimeremur. Præterea viros quinque ordinavimus ad lustrandum regionem: sed angulum quandam superantes, insidas 50, Maurorum fere intrant, ipsi ipsos nos circumdederunt, & vndique iaculis aggressi sunt: quare coacti se defendere, tres scelopos exonerantes, Mauri caput perferoderunt, qui mox expiravit. Quæ de re incolæ plurimum perterriti, secundam esculationem expectare non audentes, fugerunt. Nos vero ad nostros reversi sumus, vt ex ijs quæ coxerant nos reficeremus, lustrantes quod sine damno, Maurorum intentionem percipimus. Regio est arida, sylvis abundans, in qua nullam aquam dulcem recuperare datum fuit, eaque de causâ ad socias navis remavimus.

Nostri nos
inviterunt,
& quid nos
suspici-
bamus.

Dynasta
vestimentis.

In terram
descensu
excubias
ordinavi-
mus. Insidie à
Mauris po-
sitæ: sed a
nostris ter-
riti Mauri.

Quid Pinassa inter navigandum evenerit: de Fluminis aquæ recentis inventione: & quid interim classis acciderit.

C A P. 5.

Die 21. Septembris ad classem reversi, sine aliqua aqua dulci: nostra quæ aqua quotidie decrescente: deliberati fuit, quod Pinassa & Celoce, viris optime munitis, ad Circium navigare, ad tentandû num aqua dulcis aut fluvius reperiri posset, ad providendû nobis de aqua dulci: qua intentione, die 22. summo mane, ostiû enavigantes per quod ingressi eramus, in mari cursum dixerimus ad Circium: die duas parvas apullimus insulas aridas, ubi nihil in venimus, nisi quod piscatores alique noctu ibi se cõtinuerunt. Ad Eirum attingendum erat sinus magnus aquæ salis, & ad Cæciam Sinus, Sinus S. Augustini dictus, sub altitudine Poli Antartici 23. graduum cum semisse, & exacte sub Tropico Capricorni, ubi egregius fluvius inventus fuit, duobus alveis inter terram altam in mare se exonerans, quem Celoce intra vigavimus. Incolæ libere accesserunt, admirantes plurimum homines albos se in illis partibus videre, multoque magis quod Pinassam sine remis navigare conspexerant. Commercium cum illis tractavimus, commutantes aliquibus Ovis perulcis & crassis, cenas merces: ut sunt specula parva, Pilei rabei, Orbiculi præcatis, &c. Inter alios erat qui Cochlear stanneum monstrabat, quod mox ambicere, commutavitque illud totius armati meliori bove: qui cum effugeret, mox alij suos boves pro eodem offerbant: quare contentio inter ipsos orta est, & verba in verbera mutassent, nisi prior cochlear fuisset promissus, qui sua iacula & vinum vna pignoravit, donec Bovem reduceret: quo adducto, & alia Cochlearia ostendens, desiderabant plurimum Boves cochlearibus commutare. Nostris regionem hanc viderunt amoenam, viridantibus vallibus decoratam: vbi & plura egregia avium genera invenerunt, quæ suavissimum cantu aures demulcebant: vbi & in Tamariodorum ramis, qui maxima copia ibidem abundant, Cercopithecos plurimos conspexerunt: cuius arboris fructus, hepar & renes egregie refrigerant, omnemque stomachi viscositatem consumunt: Quare & Scorbuto plurimum conferunt, quod nostri adeo laborabant, vt cum sanis & claudis vix vela atollere poterant. Quare considerantes, quod nostri non solum magno nos desiderio expectabant, sed quod necessitas urgebat ne diutius ibi hæreremus, & illos hac bona fortuna recrearemus, animam quæ ad iterum ab inceptum vitæ nostrum perticendum, & sanitatem, de qua plures dubitabant, recuperandum: cum vix in tota classe viginti essent sani in pedes constantes, quorum plures adhuc debiles erant, die primo Octobris classem apullimus. Interim quod Pinassa & Celoce aberant, duo insolentes nebulones, ob eorum inobedientiam, in terram iudicium sententia, positi fuerunt, vt videret si aquam recentem, & Poma aurea, spatio quinque dierum recuperare possent: quod si fecerint, eaque quæ dicta sunt secum detulerint, in gratiam iterum reciperentur, sin autem, iudicis arbitrio starent.

Quo curis
Instruere
aque dulcis
invenit
gratia.

Poli Antar-
tici Sinus
S. Augusti-
ni.

Cochlear
stanneum
egregio bo-
ves commu-
tatur.

Infirmi-
tatem
nostrorum
descripio.

Sententia in
legationis
in duos in-
solentes.

Obiit Io-
hannes Di-
gnum.

Die 30. Septembris, obiit *Ioannes Dignum*, navis Amstelrodami naulerus, qui sepultus fuit in insula, Batavorum Commercium dicta: eo nomine quod multos ex nostris ibi sepelivimus, quod ingenti cor nostrum dolore affecit. Cumque quotidie magis inrudesceret aura, eaque de causâ terram adnavigare non licuit, iam seniori factus, in terram descendimus. Die 29. cum videremus, an percipere possemus duos ditos in terram relegatos, & an aquam dulcem recuperare possemus, quæ nobis deficiebat, nullos percipimus Mauros, sed fumum ascendentem: In stante vespera anchoram solvimus, ubi pernoctavimus, & in aurora in terram descendimus, ad piscandum: Tandem in ipso discessu, nos accesserunt vndecim Mauri, inter quos & Dynasta erat, qui his diebus clapsus, nos

Reconci-
litio cum
Maurs.

voluit opprimere: ad quem 5. ex nostris tantes, concordiam interunt, qui nostris donabatur facula quin que, & panum suum Gossypium: nos vicissim illi donavimus parva specula, & orbiculos precarios, ea tamen conditione, vt nobis subsequenti die aliquæ refocillationes adferretur, quod factum fuit a suis, qui pisces cochlearibus stanneis commutaverunt. Vinum ipsis propinavimus Hispanicum, quo inebriati fuerunt: deliberavimus eos ebrios captivos ad naves deducere, vt per alicuius eorum commutacionem, refocillationes aliquas obtineret postemus: sed Pinassam cum suis apulstris redeuntem conspicientes, non consultum duximus cum illis inimicitias habere: quare cum parati eramus, classem appulimus, ubi Pinassa felicem itineris successum accepimus. A Egri nostri, quos, vt a fatore naves liberari, & purgari possent, in coemeterio Battavorum potuimus, Cancros, pisces, asque Turbonas cepimus, quibus se exhilarabant, & cetera herbarum coquendo refocillabant: ac quoniam de ambulando se exercebant, robustiores facti sunt: qui cum intellexissent quas refocillationes Pinassa invenisset, quilibet paratus eia t cõscendere naves, ipsosque sublequenti die curavimus adferri, ventumque secundum expectantes, manissimus in 7. diem Octobris: fed interim Naulerus electus fuit in locum *Ioannis Dignamus*: vnde magna inter capita classis orta est defensio, magno cum detrimento & confusione univerfæ societatis.

Magna dif-
fensio orta,
ex electio-
ne Nauleri
in locum
Ioannis
Dignamus.

Die 7. Octobris fauces quas intravimus, enaviga sumus ad Eutum: aliter namque scopulis circumdati eramus & adeo æstuatur ubique mare, vt cuilibet timorem incuteret, quamvis longe a periculo aberamus. Vidimus & æstuarium magna ad Libonorum, miliaria quatuor a terra distans: quare suspicandum est ibi adesse brevia. Deinde ad Corum carsum direximus, dieque sequenti ad Aquilonem, ad cognoscendum terram, quam Pinassa apulstris quo pervenimus die 9. Octobris sub vesperam, & in gurgis idoneo, fundoque argilloso anchoras posuimus.

Nos aut 3.
yel 4. Ovum
cochleari
stanneo co-
mmutant,

Die 10. Octobris, Celoe flumen adnavigavimus, quo nos Incolæ, qui naves appulerant, deducebant: hi Oves aliorum nobis donantes, rogabant vt in terram descenderemus, dicentes Boum, & Ovium copiam apud illos esse. Nos in terram descendentes, primates honoravimus globulis aliquor ex Succino; & singulum Cochleari stanneum Bove aut tribus vel quatuor Ovibus commutavimus, totque accepimus, quot Celox capere poterat: sed foris hante vento alto, nos sic onusta Celore, remis adverso vento altum peire nequivimus: quare ad vallem amœnissimam, & virentem navigavimus, in qua plurimi Cercopitheci, & Pittaci fuerunt. Hic nobis auxilio fuerunt duæ Staphæ, quæ partem oneris sublevarunt, sicque sub vesperam classem appulimus. Die sequente plurimi Mauri tetræum classem appulerunt, adferentes Oves quas comparavimus: & tres ex primarijs nostris in terram missi fuerunt, ad explorandum locum idoneum, ubi ægroti nostri, in terram descendentes, recreari possent: quo invento die 12. Octobris infimos nostros in terram descendimus, ubi ægri navis Hollandiæ, ab alijs separati parum, possi fuerunt. Sequenti die, cuntes versus flumen dulce haurire aquam, duas aut tres scloppi cialucationes advidimus, & in litore multitudinem Maurorum currentem vidimus versus propugnaculum mausi: sed nostri animose se defendentes, videntur incole nostros e navi bus terram adnavigare, & aliquos ex suis, scloppi raptos: fugati arripuerunt, quos nostra Celoe persecuti sumus; erantque circiter *Capo 25*. quarum celeritate evaserunt: qui vero in terra erant, ad montana cucurserunt. A Egros navis Hollandiæ spoliaverunt, & aliquos ipsorum, vestimentis privarunt, id cum alijs conarentur facere, per sortem nostrorum resistenciam, coacti fuerant fugam arripere. Tunc omnium nostrorum auxilio, propugnaculum arbonbus cinctum fuit, tormentis & viris robustis munitum, adversus similem, aut maiorem incolarum Insulatum. Incole vero, non obstante hac diffensione, libero ahnto naves appulerunt, ovæque venales attulerunt: Inter quos nonnullos vidimus, qui glandularum sanguines signata in corpore gerebant. Simili modo & nos in fluvio comparavimus boves, ab ijs qui ex spolijs in collo gerebant, ac si ipsi non fuissent, cum quibus nobis diffensio aut quæstio erat.

Ægri in spi-
ram delati
vite recre-
arent.

Mauri propu-
gnaculo,
Maurs op-
ponentes in
fluvio
ad sunt.

Suspicio de
Maurs ma-
la.

Alceris
scaphæ e-
gratio.

Die 23. Octobris, cum multi Sylvestres visi essent concurrere, suspicabamur quod propugnaculum nostrum expugnare decreverant: quare sub noctem, nostris in subsidium missis, duas scaphas nostrorum: quarum altera vento valido in proram Pinassæ pulsa, eversa fuit: quod audientes qui in Pinassa erant, terrefacti parati erant in ipsos tormentis exonerare, cogitantes fuisse scaphas, quas *Laccæ* vocitant, opprimere decreverant: nihilominus omnes, amissis armis, salvati fuerunt. Alij cum in navi Mauritio tormentum exoneratum esset, in signum, quod elus Celox terram adnavigabat, idem fecerunt ex navi Hollandiæ: & celox appellente, illos qui in propugnaculo erant, invenerunt perterritos in litore: qui ignorantes, quid cialucationes nostras significarent, nemini descensum in terram admittent: immo sclopos aliquor supra scapham cialucantes, præceperunt vt discederent, quæ nihil aliud exequentes ad naves remeantur. Simili modo insulani hunc audientes tumorem, æque perterriti fuerunt, effecitque, vt quam forte conceperint deliberationem, ausi non fuerunt exequi.

Quomodo incolæ aliquos apprehenderunt & quid præterea alium fit.

C. A. P. 6.

Venerari di-
versarum
avium, quas
comederat.

Die 26. Octobris summo mane, nonnulli ex propugnaculo venatum lverunt, quod & singulis diebus fecerunt: alijs scloppi, alijs laqueis Cercopithecos, gallinas numidicas, Pittacos & alias innumeras aves captentesque suo suavissimo canna & plumis egregijs desertum exornabant: quibus socij nostri genio indulgebant.

bito fugerunt, Noſtri ad Cœmitemum invicem expectantes, viderunt circiter 40. boves egregios ibi paſcentes, quos intrachos reliquerunt, eo quod ab incolis Spacheburgi, quorum Boves erant, noſtris nihil niſi quod rectum erat, factum fuit. Coniuncti omnes navigavimus verſus S. Angelo, vbi incolæ ad pugnam parati, gravibus minis, mucronis haſtarum in aquam mitterent, in ore guttas receperunt, quaſi dicant, quod tanſas noſtro maſtaceant ſanguine, ſi in terram deſcenderimus & inceperunt adeo lapidibus noſtros petere, vt niſi quum rui eſſe poterant. Quare harpices fundo committentes, ſelopos ciaculari ſunt, magis vt inimicis timorem incutierent, quam vt offenderent. Sed ipſi æque audaces, ſuis ſcutis te ſegentes, quibus glandes excipere putabant, ſtantes erant, doctæ aliqui caderent, quos ſecum deferentes, fugerunt, & retro domos fe occultarunt. Paulo poſt duo vel tres incolæ venerunt, rogantes vt noſtri vellent ceſſare, ipſis Boves & Oves adducere: qui a noſtris furorē & ira periculis non audivit, & ſelopis inſiſi, fugerunt. Noſtri vero fugatis incolis coniunctim inſulam appulerūt, eorumque dimidium in terram mittentes, vt ſerutarentur an ex incolis aliqui in villa occultati eſſent, neminem invenimus præter puellulam vnus anni ætate, quam ſecum deſerebant, & omnibus cum vxoribus & filijs fugiſis, villam ſpoliaverunt. Interim incendium, ignoto auctore, ſecundo venio ædes inſiſit: eſque villa ex ligno ſecco & ſtramine adificata eſſet, tanta celeritate progreſſum eſt, vt vix noſtri ſe ſalvare poſſent: quare Oryzæ non triuata: plurimum, fruſtus & gallinæ igne conſumpta fuerunt. Præda quam noſtri iſtine abſtulerunt, fuerunt duo tympana, ſcutum vnus, *Canna* vna, & linteræ aliquæ floreæ ſtramineæ, & gallinæ nonnullæ: quæ cuncta porriſſent emi vno Regali aut ſequiregali ex octo. Quare conſiderari poteſt, hæc minime facta amore prædæ optimæ: ſed ad moderatâ eorum ſuperbiam: & remigantes paulo vterſus puellula in terram niſſa, mox a Mauris aliquibus ablata fuit. Tuguria quædam & hi ab incendio ſervabant. Incolæ erant circiter 130. quorum quatuor tantummodo occubuerunt, quos in ſylvam Mauri traxerunt multos cum utenſilibus, quæ & ibi reliquerunt. Noſtri ad Cœmitemum in terrâ deſcendentes, multos incolas Spacheburgos invenimus, a quibus amice excepti fuerunt: inter quos erant duo illi obſides quos in nave habuimus. Reliqui videntes quod illos non offenderant, magna multitudine cū vxoribus & filijs noſtros acceſſerunt, adferentes parū Oryzæ, & nonnullos fruſtus. Duos viros, retentis tribus obſidibus, in villam miſerunt, petere Boves aliquos: qui reſerſi, dixerunt fe Dynaſtam, quæ Philo nominant, in veniſſe ſedente cū 30. Mauris ſere, qui reſponſi loco ſignū dedit, vt poſtero die redirent, tunc ipſi Boves aliquos darent, nam quos vidimus abacti erant. In teſtim quod noſtri cum incolis S. Angeli occupati eſſent, ſex Mauros retenuimus, qui ex inſula naves appulerant, adferentes aliquos fruſtus, inter quos & Dynaſta erat, qui ea de re plurimum conqueſti ſunt. Sed oſtendentes illis incendium ut, ipſos illius rei inſcios eſſe monſtrabat: acceptique Dynaſta amphoram aquæ, quam in capite eſſudit, ſignificans ipſos innocios eſſe. Sed noſtri omnes ad claſſim illam revertentes, liberati fuerunt, & in inſulam reducti, vbi & viri, & mulieres accurrerūt, magna cum reſerentia Dynaſtæ pedes oſculantes: qui mox inſiſt adſere gallinas, & bonam quantitatem Citronum, quæ nobis donavit, & de ſua liberatione impmenſis gratias egit. Paulo poſt Inſulares ad ripam venerunt ſaniſſi & ſcutis, noſtris qui in Pinnaſſa erant minitantes: ſed nihil præterea actum fuit.

Die 9. Februarij Celos Leonis Hollandi inſulam petijt aquatum, quibus occurrit Dynaſta, eis Gallinas aliquas, Oryzam & fruſtus domans gratitudinis ergo, qui amici receſſerunt. Paulo poſt duæ Celoces & linter viris 46. inſulam adnavigarunt: ſed ad Cœmitemum venientes, in venerunt quatuor aut quinque Spacheburgos, qui ipſos rogabant, vt Dynaſtam accedent: quare eo navigantes, omnes abſentes, omneſque domos clauſas invenimus. Vnus obſidum ad noſtros venit: ſed cum ipſum non intelligerēt, tres viros in villâ miſerūt, vbi Dynaſtam repenent ſtiparum viris, ſaniſſis & ſcutis armatis, circiter 60. Sed Mauri noſtros videntes ad ſylvam fugerunt, & villâ deſerque rūt, quare eos convenire nō poterant. Quod tres miſſi conſiderantes, ſocijs id ſignificaverunt, quare 10. viros ordinaverunt qui ſylvâ peterēt, ſed non intrarent, tantū modo vt viderent an incolas convenire poſſent, & omnem eis amicitiam oſtendere: ſed citius ipſis præcipientes non aliquid offerendū, nec incendium tentandum, nec domos aperirēt, nec ſpoliarēt. Sed cū noſtra ad ſylvâ venerant, Mauri retrocedentes, ſignis indicabāt, vt noſtri illos non accedent. Nonnulli Mauri villâ ſine armis accedebant vt Gallinas & Oryzâ permutarent, nihil quidē aliud obtinere poterant: quare ſine illorū aliqua oſſenſione iſtine navigarūt verſus S. Angelo, vt recuperare poſſent *Lanciatum* aut ſcapthā magnam, quam ante incendium ibi reliquimus: qui nemine invenientes, deſtinate *Lanciatū* abduçit, Borealē villam petere decreverunt, quæ altius ad ſiſtem ſita erat: vbi venientes, magna aderat Maurorū multitudo, ſuo more amara: etateque ibi, vt apparuit, multarū villarū ſynodus. Illic enim invenimus diverſam villarum quatuor Dynaſtas, cum eorum vaſallis & ſubditis, numeruſque in dies creſcebat: nam terra & aqua, multis *Lanciatū* & ſcapthas mulieres & ſoboles fugerunt, domibus optime clauſis. Miſerunt ad noſtros vinum, rogantē vt ab aggere recederent, Boves enim ſe adducturos: quare aliteram ad ripam tranſivimus: adduxeruntque Boves & Hirum, oſtendentes ſe nihil aliud habere, qui omnia vieniſſis & arme nra abduçerant. Noſtri vicifiſim illis dederunt bonā quantitatem Corallorū, & orbiculorū precarioſi, quamvis indicarent nihil velle, quam quod donū ſcapthæ imponerent, & recederent. Cuilibet ex Primarijs a noſtris propinatus viri haufus vini, quod plurimum deſiderabat, immo ipſe Dynaſta, quem Philo nominant, & ſi magno aſſectus timore, ob ea, quæ patercedentibus diebus acta erāt, venit haufum bibere, ſed ebibito mox retro domos fe conſulit. Oſtendentes vt dorum iremus, & poſtero die redicimus, tum plures darent Boves: quare omnes vna ad navem remavimus.

Mauri m-
gauri, &
ſaxi petiit.

Qualis præ-
da fuerit.

Incolarum
numerus.

Quo ſigno
Dynaſta in-
nocentiam
ſuam oſten-
dit.

Viri 46. in-
ſulam adna-
vigant.

Congrega-
tio Mauro-
rum arma-
torum.

Primarij
Mauri vini
propinavunt.

PRIMA PARS NAVIGATIONIS

Die 10. Februarij circa meridiem, appulit scapha ex Spachenburgo, rogans vt in Insulam descenderemus, nam Dynasta, armento nos donare decrevit: qui in ea erant navem nostram ingressi, vinum illis propinatum fuit, quod, vt supra dicti est, maxime appetunt: dedimusque aliquos orbiculos precarios, & optime lausificos ad Insulam remisimus cum responso, nos in terram descensuros. Sed cum iam sero esset, non videbatur consilium in terram descendere, merentes incolarum infidias, sed parvam appulimus insulam a quandi gratia, vbi incolae omnes profugos iuguenimus.

Die 11. Februarij Coemiterium petivimus, vt cognosceremus an nuncius pridie verum dixisset, & boves aliquos obtinere possemus: quo in loco Mauri nonnulli nos expectabant, indicantes vt villam peteremus. Nos quidem infidias aliquas meruentes, retentis quinque obsidibus, viros duos misimus: qui redeuntes, dixerunt vt ad villam navigaremus, vbi parvum invenimus bovem, quem abduximus: & misimus in villam duos viros, qui reulerant omnes incolae fugisse, nec alios ibi esse boves: quare istinc abeuntes, ad Borealiorem villam navigavimus, vbi incolae mox parvum bovem nobis dederunt: quibus vicissim dare fuerit quatuor vlnae fere panni linci, & corallorum bona quantitas, & iterum navem appulimus. Die 12. deliberavimus sub vesperum vela dare, quod factum fuit: & maris fluxu ad insulae partem Occidua ducti sumus: nam fluvius fortior effluit a parte Occidua, quam Orientali: ubi ad insulam invenimus Sinum arenosum, & animadverimus tractum insulae longiorem, esse ad Corum & Phoenicem. Retro insulam erant aliae tres parvae insulae, immo scopuli. Postero die, summo de aliquibus supplicio, conspeximus ab angulo Borthapeliotico sinus duas linteas petere navim Amstelrodamum, adferentes varios fructus, & Oryzam, & egregias arundines Zaccharinas, qui petebant vt ipsorum villam accedere vellemus: sed nos cum optime refocillati essemus, cursum nostrum persequentes, eodem vesperi sinum enavigavimus.

Sinum naves enavigant, de situ eiusdem, & eius incolis.

C A P. 13.

Poli Antarcticici altitudo Sinus Antooigii.

SINUS Antooigii, situs sub Poli Antartici altitudinis grad. 16. & semissis, extenditur ad Circum & Phoenicem, in longitudine, miliarijs decem, & miliarijs 5. aut circiter, in latitudine. Continet parvam & elegantem viridantem insulam, litas altam ad cuius Oram, excepto litore, nulla est planities: feracissima est omnium fructuum arborum: vt sunt Mala Medica, Citria & Aurantia: mellis, Oryzæ, Bannanas, Gallinarum, & plurimum aliarum rerum dives: maxime habet egregios & commodos decursus aquarum, qui inter rupes terre altæ ad litus descendunt: quod navibus maxime est opportunum, ad renovandam aquam dulcè. In ingressu Borthapeliotico, nonnullos habet scopulos, ex quibus aqua erumpere conspicitur: ac tres parvas insulas, & deinde fluvium, ad quæ diversæ sitæ sunt villæ. Præterea ad aquæ defluvium, in sinu fere medio, & Borco agger, tres habet villas populosâs, pluresq; alias secundum litus, in aliud flumen vsque, quod ad Boreâ non nominavimus, quæ & populosâ, & cibarijs abundans. In ingressu ad sinistram alia est villa magna, quam Spachenburgum nominavimus, continens 120. aedes fere. Ad Africam insulae, alius est fluvius, ad quem quoque sita est villa. Hæ sunt eius villæ, quæ ad nostram notitiam pervenerunt. Incolarum Oeconomia & Politia hæc est. Pauca habent vniuersa, nempe floreas parvas in quibus dormiunt & sedent, varijs coloribus eleganter contextas: sedes parvas, in quibus caput reclinant, cervicalis loco, eleganter sculptas: habent vnam aut alteram pilam magnam ad Oryzam contundendâ, & ab acere purgandam, scribrum ad cribrandum, ollas ad coquendum, sacculos ad Oryzam imponendam, & Cucurbitas in quibus Oryzam coctam ponunt & edunt. Regis ornatus & vestimenta sunt sicut aliorum: scilicet, ex panno tincto, & striato, ex aliqua herba texto: armillæ æneæ in brachijs & in collo orbiculi precarii. Dynasta, quem Philo nominant, discernitur ab alijs per falcem putatoriam, quam gerit sceptri loco: reliqui sunt Dynastæ obedientissimi, & agros colunt.

Descrípção villæ S. Angelo.

Spachenburgi magnitudo.

Omnis Regias.

Mullerum magnitudo.

Ipsorum exercitia sunt venari, arcu sagitare & feras, atque Cercopithecos varij generis configere, vt nos vidimus, ac retibus piscari: artem quoque militarem, suo more, exercere: qua in re sunt agiles, & fortes, excubias exercentes die & nocte, in magna domo: quæ excubias plerumque viris 30. fiunt, qui macula alba in pectore signantur, vt ab alijs discerni possent. Ipsorum arma sunt fustis, & permagna scuta lignea, quibus se tegere norunt, ita quod nihil eorum conspiciatur, præter exiguum alterius pedis. Armenta quoque pascunt, aut custodiunt. Mulieres plantant, seminant, metunt omnia ipsorum grana: vt sunt, Oryza, duæ aut tres Phaeolum species, virides, rubi & albi. Fructus eorum sunt *Bannanas*, & alij prædicii, qui ipsorum præcipuum sunt nutrimentum: nam raro carnes edunt, habent pro obsonijs pisces & hæc Vestes ex herba texunt, quam filant supet ferunt, & ex eadem retia sua, quæ fortia sunt, conficiunt. Mullerum vestes, ad genus dependentes, ex eadem sunt herba: nonnulli & colobum ex eadem habent. Ad Ornatum, certas habent arasillas ex Stanno, aut Argento vitillimo, armillis æneis similes, quæ in Guineam vehuntur: aut orbiculos precarios ex eodem: sed

sed

sed magis amant, quas *Margaritatas* vulgo nominamus, & cærules orbiculos precarios vitreos rotundos. Apud ipsos vidimus lapidem *Langnetta dictum*, qui ex insula *Zeilan* adfertur, cum rotundis Margaritatis, Dalmatica similibus. Ex quo apparet, quod naves quædam Lusitanæ, ibi aequatæ sunt & appulerint, idque eo magis, quod ad insulam *S. Mariz* inuenimus stylium mali Epidromi, vt prædictum est.

Forum armenia sunt Boves egregii, quos habent caros: & suspicor quod eosdem adonant, sicut & Canariæ, & Malabaræ Indi. Capellas habent plurimas, sed paucas Oves. Habent quoque Canes.

Aves eorum cicures, sunt Gallinæ, & Anates: sylvæstris habent diversæ speciei, apud nos nunquam vias.

Grana ipsorum sunt *Oryza*, tres Phaselorum species, Milij parum. Fructus sunt *Bannanas*, Mala Medica, Citria & Aurea, artemisi non tanta copia, quanta in Insula *S. Mariz*.

Zingiber habent, Grana Paradyji, aliumque fructum, magnitudine *Avelanzæ*, atque folia *Caryophyllorum* odore.

Præterea radicem habent, Zingiberis radici similem, intus croceam, quæ lingua Malaica *Cunber*: Arabica, *Huber*: & Lusitanica *Zafran* de las Indias, dicitur. Primo cum manditur, eius virtus, ob nimiam humiditatem non percipitur: sed tandem acrimonia quædam sentitur, non tamen eadem quæ in Zingibere. Producit egregios flores Liliaceos albos: estque ad multa medicamenta, commodissima. Hæc plurimum in *Java*, alijsque Indiæ locis reperitur.

Que am-
ta, volu-
ta, & su-
dit habet.

De continua piscium volantium persecutione: deque varijs piscibus & Avibus: & quibus in locis hæc avium genera frequentius videntur, dum navigatur ad Insulas India Orientalis.

CAP. 14.

Considerantes quod Incolas ægre ad quietem, & pacem movere possemus, ob ingentem metum, & diffidentiam quam habebant: die 12. Februarij 1596. sub vesperam, flante Circo vela dedimus, vt supra dictum est: cursum dirigentes versus frerum *Sunda*, quantum venis nobis concesserat. Die 14. adhuc nobis apparuit terra *Promontorij Antongij*, navigantes frequentius malacia, vt plurimum spirante *Cæxia*, in 24. diem eiusdem mensis. Deinde flavit *Zephyrus*: quare plurimum gavisus fuimus: & die 29. (cum secundum vocationem eratimus circa *Brevia Nazareth*) bolide tentavimus profundum, sed fuit 80. orgyanium fundum non terigimus. Simili modo die tertio Martij, cum coniecimus nos esse super *Orientalium* linguam, funiculo & bolide centum *Orygylanum* fundum non attingimus: deinde spirante *Coro* & *Notolifico* in diem 23. Martij prosperè navigando, & donec *Subfolanus* spissivis, qui nonnunquam ad *Boream*, aliquando ad *Austrum* plusper declinans, vna cum validiore fluctu, quem ex *Notapeliote*, a postica *Java* parte obtinimus, difficile & molestum per nos peperit, non sine frequente malacia.

Quare deliberavimus aquas dulces renovare in insulis Australibus *Maldive*. Inque hoc itinere semper multe conspiciuntur aves: scilicet *Gaviz cinereæ*, a Lusitanis *Garayas* dicuntur: & *Caudæ Furcate*, Lusitanis *Rabus forcados*, aves nigre scilicet variegatæ ferè vt *Picæ*, caudam gerentes longam & bifurcatam, formam foretis *Sartoris* ferè æmulantem, Nisi modo in aere pendentes, caudamque foretis modo aperientes & claudentes. Item nonnullæ aves omnino albæ, forma & volatu *Columbæ* similes, cauda longæ & tenui. Insuper aliz parvæ, sicut pulli *Ananum*, plurimum variegatæ. Quæ aves omnes victum quaerant, & mitriuntur ex mari falso, maxime piscibus volantibus, magnitudine halceis, qui pinnas habent longas, aliqui bihas, aliqui quaterhas, quibus cum persequuntur in aquis ab *Auratis*, *Bonitijs* & *Albacoribus* manibus elevantur: vt celeriter volatu se libertarent & salvaret ab alijs piscibus, qui summa celeritate saltando & natando, eos persequuntur: vt cum, alis aut pinnis exiciatis, diutius in aere se continere non potentes, nisi iretam miseræ factis, in mare accedunt, illos capiunt. Nam sic miseræ illi, & oppressi pisces prædicti, in fuga a prædictis avibus capiuntur, & devorantur: quorum aliqui atrociter persequuntur ab vniuersis inimicis, nostris in navibus se salvantes, nec amplius se elevare valentes, a nautis capiti, & comesti fuerunt, qui gratissimi saporis erant, sicut & *Gaviz*, & *Garayas* dicuntur: quæ cum nostris in navibus quiescere vellent, a nautis manas capiebantur, quia homines videre non solent, nemini metuerebant. Cumque iam noster sermo sit de piscibus, quorum supra iam mentionem fecimus, pisces *Boniti* est optimi sumi, artemisi vni socii, sicut nostrates *Carpiones* magni, sed spissiores, qui tanta multitudine in simul juncti, naves sequuntur, quod dictum mirum sit: quorum aliquando magnam copiam capiunt hantibus cepimus, quibus alligata sunt fasciæ lineæ, quæ se suspendunt. Hi ingentem copiam piscium volantium devorant, nam aliquando in ipsorum in pluvie rotas, 12. pisces volantes invenimus: *Albacores* pisces sunt pelle alba, qui sicut *Boniti* squamis carent, sed pellem habentes lavem, ventre sunt albo, qui a longe in aquis splendentes videntur: & quævis *Boniti* ferè similis, magnitudine tamen differunt. Nam vidi aliquos quinquepedales, & frontis crassitudine, qui sufficiebant ad cibandum omnes nostros nautas & classarios, qui 60. numero fuerunt. *Picis* est macer, siccus & strabijs, vnam in longum spiritam porrectam habens. Est & aliud *Picis* genus *Aurata*, qui a Lusitanis *Dorsado* dicitur: hic in aquis *Crocatis* apparet, nonnunquam vt *Aurum* fulgens. *Salmoi* aliquando super affumantur, & ab Anglis *Delphinis* appellantur, qui, vt ferunt, omnes pisces celeritate superat, quod credibile est: & meo iudicio

Anno 1596.
die 12. Fe-
bruarij.

Quæ aves
hic frequen-
tiores sunt.

Piscium de-
scripsimus
23. menses
1600.

PRIMA PARS NAVIGATIONIS

A. *Gavia sunt cinerea, a Lusitanis Garreyis dicta, Gallinae magnitudinis habent: reperiantur plerumque circa insulas Martini var, Tristiani & Acuna, Promontorium Bona Spei, Insulas S. Helenae, Ascensionis & Maldivarum.* B. *Avi dicitur Rabos de Lunco, aut Cauda fencine, eo quod habent longam & tenuem caudam trunciformem: reperiantur semper volantes 20. aut 30. miliaria a dictis Insulis, modo & magnitudine Columbe, & omnino candidae.* C. *Avi dicitur Rabos forcados, Cauda furcata, quia caudam habent furcipes Sartoris similem, aperientibus & claudentibus: plerumque sunt nigrae, macula alba in pectore. Nisi more volantes.* D. *Avi sunt fuisca similes, excepto quod sunt omnino variegatae, circa litora sapient aquae insidere videntur.* E. *Piscis est Aurata similis, exiguas squamas habens.* F. *Albices piscis.* G. *Bonatus piscis, hic plerumque invenitur ubi fluitus regunt.* H. *Piscis yelcus.* I. *Trombe sunt fluitantes circa Promontorium Bona Spei.*



Piscium ali-
quorum de-
scriptio.

non potest melior inveniri: superat enim omnes pisces, qui aquas cum dulces, tum salvas frequentant. Habet exiguas squamas, & a capite ad caudam dorsum magnum pinna munitum. Turfio, Lusitanis Toninas, Gallis Marlovini, duplex est: alter rostrum habet acutum, ut Porcus: quare a nonnullis Porcus marinus dicitur: aliter habet rostrum compressum, velut Lama: & quia videtur cuculatus, Monachus marinus plerumque vocatur. Eius longitudo plerumque est 5. aut 6. pedum, caudam habet latissimam bifurcaram, & contrario modo positam, quam alij pisces habent, sicut & Lamia & Ceci: cutem habent levem, difficilis, Porco similis est: landum & carnem habet, necur & reliqua intestina, immo & eodem modo generat. Nam cum sclopo occidissetus valde magnus, & essent caesum, pullum in eo invenimus, quem iterum in mare proiecimus. Hi semper tutantur natant, & cum nurgat mare, circa naves visuntur, & ingenti multitudine mare viride reddunt, effiantes & grunnientes, ut Porci: quod visu iucundum est, & nauceni sibi providet contra futuram tempestatem, quae sepius mox succedit, ex eadem qua veniunt regione. Cepimus plures galeos, a Lusitanis Turbarons, a Gallis Requies dicitur, qui frequenter vi- gere malacia apparent: hi segeter natant, cutem habent levem, semperque habent 7. aut 8. pliculos, vulgo cui- gers dictos, qui magnitudine haleci aequales sunt, aut minores, & capitis superiorem partem compressam & rugo- sam habent, qua Galeus adherent, donec Galeus aliquid cepit: quocum edunt natantes, ingredientes & enatantes Galei rictum, sine ipsorum a Galeo offensione. Nautae cum natant optime a Galeo sibi cavere debent, scire enim eventi, ut ad fundum eos derahat. Qui cum est ingratius, nautae animi gratia ipsum capiunt, & oculos effodiunt, aut caudae alligant ligni frustum, iterumque mari commendant, qui tunc plurimum cruciatur.

Galeus est
ingratus.

Aliud quoque Piscium adest genus, quod Lusitani vocant *Pesco porcus*, Abramidis magnitudine, grunnit ut Porcus

Porcus In hoc mari magaz reperiuntur Testudines, plerunque dormiendo, cum sint somnolenti pisces, fluctuantes. Permagaz, & eius optima, sapore carum virulimam referentes: & cum Sol calefecerit testam superiorem, nunc supina sunt, & nautae quiete hamum inter ambas testas ponunt, & in scaphâ attrahunt. Sed frequentius circa insulas Hesperidum inveniuntur.

Lamiae Turfioium magna natae caetera, sed frequenter lenius, nisi piscem aliquem persequantur: tunc enim sat agiles & celeres sunt, sicut saepius vidimus: Ceto magnitudine paulo minores: nec rubulos habent in capite adieciendam aquam, vt Ceti.

Ad iter nostrum redeunt, ad Caeciam cursum dirigendo varijs cum ventis, maxime Orientalibus, Sundae fretum petivimus: excepto quod Novilunij tempore, mense Martio continuo quatuordecim dierum spatio, vento Occiduo vsi sumus, vt dictu est: & existerent 70. miliaria ad Orientem Insulae *Brandson*, inuenimus Compassium nauticum duos tractus declinantem a Borea versus Bortholybicum: tunc enim secundum coniecturam, omnia maria transivimus, quae charta *milina* nostro in cursu depingit: nos equidem nulla percipimus, excepta quadâ brevis æstivans. Vidimus colobros multos fluctu ferri, & plures arbores.

Die 4. Maij ipso Interlunio vastata orta est tempestas ex Bortholybico, tanta vt navigantes secundo vento, aucta deducere vela cogebamur: & sic aequali continuoque vento quatuor diebus vela fecimus ad Orientem & Mesosacciam: Die vero 27. navium gubernatores terram quaerentes, quam non perciperunt, ac Promondi conquirentes aquam dulcem plurimum decrevissent, statimque fuit, quod cuilibet daretur tantummodo portione dimidium, scilicet quolibet die aquae pinta vice hemina: quare in navibus magna passio fuit, ob Solis æstuantem calorem, & tanta, vt quandoque pro aqua haustu, Regalis ex octo offerretur, nec potuit haberi. Pinae aquae pauli habuit, cuius partem Leoni dedit.

Die 3. Iunij, de insoleni sumptum fuit supplicium, qui se lapsus vitam terminavit. Vidimus tunc multas Gavias cineræ, & Caudas luncinias volantes. Die 5. terram cõspeximus: quare plurimum gavisi fuimus, ob sitim gravissimam, quae in classe patiebatur: quam cum propius accederemus, insulam esse vidimus, quae miliaria 16. distat Sumatra insula, vbi Poli Antartidici elevatio, est 3. gradibus cum semisse: quod supra annotatum videri potest.

Ad Casuum paulo Borealem.

Ad specerum miliaria 3. separata.

Compassium nauticum a Borea versus Occidentem declinatio.

Aquae portio minoratur.

Supplicium facinorae de insolenæ.

Tractus est ad Topocaciam & Mesosacciam, continens 6. miliaria fere in longitudine: terra est humilis, eramus in profundo 20. Orgyiarum, & fundo arenoso. Circa oram habet diversas exiguas insulas, & flucina brevia: fuitque ac si videres aliam duplicatam terram, die 6. Iunij. 1596.

Die 6. Iunij terram propius adnavigavimus, & nocte præcedente in primo quadrante, bolide fundum tentavimus, in gurgite 60. orgyiarum, glare osium: In secundo quadrante 40. orgyiarum: in diurno vero quadrante 20. orgyiarum. Sub insula 6. aur 7. *Canos* cõspeximus, propius tamen accedere ausi non fuimus. Ideo Celocem viris munitam in terram missimus, ad ipsos conveniendum, & quemnam esset insula inquirendum. Insulas duas parvas vidimus ad Eorum maioris, retro quas, vt apparuit, bona erat navium statio: & ad Africam aliam. Insulani videntes nostros, adnavigare, ad terram remigabant, & Canos in terrâ traxerunt, quæ longa & angusta erant, cum lateralibus rariis. Nos alloqui noluêrunt, qui 20. erant numero: mellini coloris sunt vt Brasiliæ, capillis prolixis ad humeros pendèntibus. Multas habent sagittas, & arcus, quare nõ audebamus in terrâ descendere, nec ipsi nos appellere, non obstante quod merces aliquas ostendimus. Considerantes igitur nos cum illis nihil negociari posse, ad classem reverti fuimus: & vento incumbentes, valide ferebantur a fluctu Borthapeliorem, & non ita magis ad Borthapeliorem & Aquilonem navigavimus, angulum sperantes, ad evitandum fluctum validum, qui impens ab Austro descendit: & adeo pulsati fuimus ad Boream, quod mane ab insula tris miliaria aberamus: Pinnasiam mane et conspectu amissimus, quæ in itinere quod verteremus & vela obliquaremus, cursum redeuntem navigavit. E Leone exoneratum fuit tormentum, & a plura vento commissa: sed terram nitam Sumatrae, & Pinnasiam ad Caeciam conspicientes, mutato consilio, quod erat versus insulam navigare, Pinnasiam appulimus, & alloqui n̄ fuimus: & terram firmam fere accessissemus, quæ ab insula distare poterat circa miliaria 16. erat terra alta, & plures malacias habuit. Ad Orientem & Ypeurum cursum direximus, flante Aquilone, inveni-musque aquæ fluctum fretum intrare, quod vtrinqûe terram habuit valde altam, & secundum coniecturam, fretum erat in faucibus amplum, miliaria octodecim.

Insulanorum conditio.

Sumatra cõspicitur.

PRIMA PARS NAVIGATIONIS

Delinationes vetera Insularum in insula Pugniana, ad fretum Sundæ sitæ, ubi Polus Antarcticus gradus 3. cum semisse elevatur. Toti mundi precedunt colore sui mellis, ut Brasiliens, capillis prolixis nutrites. Præcipuum illarum exercitium, est quoddam banorum genere piscari. Habent vas de angustis Caneas, vix pedem largas, cum utrinque laterali rate. Insula est valde odorifera, cuius saporis odor attritus molliorè sentiri potest. Quas habeant merces, nobis non cessat. Habet tres alias insulas in circumta positas. Unam hic addimus Abyssinam, eximiebus terra Ioannis Pretiosi, ad vacuum implendam. Ethiopi est magnis latè & oculi amplis. Bani sunt mercatores, sed meliores want.



REPUBLICA NEE
OMNIA
SUNT

Delinatio ad vivum Oræ Sumatræ & Insularum quæ in freto sunt sitæ.

Ad Mesurum.

Ad Tpeuram dist. miliar. 2.

Ad Notapeliuram dist. 3. miliaria. Ad Mesurum.



Retro ad Borriholybicum & Occidentem, diversæ & altæ erant terræ: & vela fecimus secundum terram miliari vno à litore, transiundo inter 1. & 2. Insulam.

Ad Tpeuram dist. miliar. 1.

Ad Caciuram dist. 1. mil.

Ad Mesocaciuram dist. 3. miliar.

Ad Orisic paulè Borealiur.

Ad Tpeuram.



Ad Ne.

Ad Meseca. Ad Or. paulo Anly. Ad Tpenū paulo Anly. Ad Tpaciam dist. 4. miliaria.



Obscure dist. 4. miliaria, terra firma apparet vesperi cum Solis Occasu.



Continuatio terrae precedentis.



Continuatio precedentis.

Ad Tpaquilem. Ad Boream. Ad Tpaquilem paulo Orientali.



Insula semimiliare magna.



Sic visa die 11. Iunij, in Solis ortu.



Continuatio precedentis.



Dist. 6. miliaria.

Dist. 6. miliaria.

1. Tern

PRIMA PARS NAVIGATIONIS

1. Terra firma Sumatraz extendebatur ulterius: & conspeximus retro in circuitu, vsque ad Corum, nihil nisi terram, vnde veneramus: eratque hæc terra alta, a nobis distans 1. miliaria fere.
 2. Hos montes potius videre vaporem emittere, & sicut erant in freto, vt apparuit, sed reperimus duas esse insulas.
 3. Insula erat oblonga: inter quarum & priorem nobis navigandam erat: sed ab invicem distabant 3. miliaria. Hæc insula a nobis aberat miliaria 3. fere.
 4. Insula era tab alijs distans 3. miliaria fere.
 5. Insula erat distans miliaria 4. Inter hanc, & 7. Insulam per validos fluxus, videbatur mare apertum esse, a reliquis separata miliaria quinque, in quarum medio sita erat.
 6. A parte Boreholybica ripem habet, ad tractum arcus inde distantem, quæ sub aquis potest videri.
 8. Tumulus est arenarius albus.
- Predictæ 1. & 3. Insulæ videbantur ab invicem distare miliaria 3. fere: Inter quas 7. & 3. venientes, profundum mensuravimus 17. 18. & 22. Orgyiarum, fiando contis apto, die 18. Iunij.

Retra hunc angulum erat Sinus magnus, 3^o, 4. & 4^o. Orgyiarum profundus, sed erat aqua dulcis.


Hic ex fossa stagnante aquam haurimus.

Ambo hi colles sunt terra alta Ban-tam.

Terra a nobis aberat 3. miliaria: quæ hinc seu vltra nos sita Bantam erat ad Magasiniam.

*Magnus Sinus cum mole
his parvis insulis.*

Missa Dampin.



Adnavigavimus terram A. ubi, ut apparuit, non erat ostium, sed appropinquantes, longe separata erat ab insula 8. Curfus nobis dirigendus erat ad Borrhapeliotem, ad superandam terram 10. Sub vesperam vidimus sub eadem terra 10. aut 12. vela, & anchoram fundo commisitimus, sub dicta terra, die 22. Junij, in gurgite 18. Orgyiarum, & fundo argilloso.

B. Si ad Boreum insulæ 8. navigassemus, parum deviassemus.

C. Hic erant vbiq; insulæ terræ proximæ.



Largum 1. miliaria.

Ad Tyccorum.

Ad Cerum paulo Bercalier.

Ad Misocorum.


Ad Occidentem paulo Aulfrator.



Pulo.



Pulo.



Ad Tyccorum.

Ad Aquilonem paulo Bercalier.

Ad Boreol. paulo Oriens.

Ad Ceteros.

Ad Cerum.



Pulo.

Ad Tyccorum.

Ad Etruscos.

Ad Notapeliotem.

Ad Phonicum paulo Australior.



B die

PRIMA PARS NAVIGATIONIS

Die vii. Iunij venimus prope Insulam Sumatraz: ubi veluti ad Oras lavz, multæ erant insule: & anchoram proximis sub insula Sumatraz, in gurgite a 3. orgyiarum, & fundo argilloso, ad terram oblongam, cuius nomen nobis ignotum est, sed apparet cum vicinis insulis, vt supra delineatam est: & primo invenimus profundum 33. orgyiarum, cum fundo contis apto. Celox navis Amstelrodami Canoam persequatur, sed consequi non potuit. Sequenti die insulam appulimus, quæ deserta & non habitata erat, ac sylvestris, ad aquandum: sed nullam aquam invenimus. Interim confeximus ex alta fuit terra Sumatraz, primo tria, deinde 9. vela, quorum vnum nos præternavigando insulam oblongam petij, quod nostra insequuta est scapha, vt navigantes conveniret. Erant viii. 16. quorum sex remigabant, reliqui in tugurio sedebant, quod in eorum Paraoz edificatum erat, velutii vestimentis diversorum colorum. Nō potuimus eos intelligere: noverant *Bantam* & *Japara*, sed *Sunda Calapa* illis ignota erat: iterumque reversi sunt ad terram altam vnde venerant. Quare deliberavimus Celoce & scapha viris munita, adire terram Sumatraz, vnde vela veniret, & ad eandem redire confeximus, præsumentes pyratas fuisse, qui navibus insidiabantur quæ a *Manacabo* Bantam navigabant. Pinassa 16. viris munita terram altam appulit, vbi aliquæ erant villæ, quarum prima *Dampin* dicitur. In transcurfu ubique reperimus 20. 21. & 22. orgyias aquæ, & fundum arenosum, vbi æstivi anchoram fiximus in gurgite 38. orgyiarum. Audivimus incolæ fati clare loque ntes, sed neminem percipimus, nec navēs ullas ante diem posterum: tunc enim aquantes, certo in loco quatuor naves, & alio in loco tres & tres separatim navigantes vidimus, quæ Celoce adnavigimus: quæ nos conspicientes mox se colligabant. Appulimus, & interrogavimus ubi aqua recens posset recuperari: Locum nobis ostenderunt nos vtro mententes nec nos deciperent, rogavimus vt nobiscum Pinassam ad navigare: & amice naviculas illorum intrantes, plura cæcæ nobis ostenderunt: nempe Pugionem: inauratum, quem *Grees* vocitant, & annulum aureū Adamantæ vitis pretij munitum. Parvus enim erat & male politus: Hi primum nos plurimum mententes, tormentum æneum, *Bassa* dictum, præparabant, sed animadvertentes nos oculum in illud iniicere, mox occultabant. Ad Pinassam remeavimus, ipsi vero *Canoa* nos sunt sequuti: nos rursus vna cum illis ipsorum naviculas appulimus, & Orbiculos precarios rubeos & ceruleos, & Margaridettos piscibus aliquot, *Cæpis*, aliisque fructibus nobis incognitis, *Bananas*, Melonibus aquis, Arundinibus Saccharinis, *Cocos*, & Allio commutavimus, & simul cum illis *trajit* *Sumatraz* appulimus.

Naves aliquas cõpicientes, remigando appulimus.

Negociatio cũ ipdem.

↓
descensum Insulam Sumatraz, ad villam Dampin, et cum Dynastia colloquium.

CAP. 15.

Descriptio aliquorum qui se representaverunt.

Nos navigavimus simul cum Paraoz, & venimus ubi 3. aut 4. *Canoa* erant: in quibus erant cæteræ personæ, repræsentantæ viris alicuius auctoritatis, elegantè vestitæ indumentis celestini coloris ex panno lino subtili, & *Tiaris* ex eodem. Hos interrogavimus vbinam aqua recens recuperari posset, quam nobis ostenderunt, eis connavigantes per alveum salsum: venimusque ubi domos 20. fere vidimus rustico more apprimè edificatas ex Palmarum ligno: & misimus viros duos cum incolis, vt conspicerent vbi aqua querenda esset, quam invenerunt valde defluentem: sed admodum locus erat periculosus ad ascensum, cum Incolæ quid mali in animo haberent. Hic omnium primo vidimus Piper cretense, arundinibus altis & grossis, Lupuli modo se circumvolvens, & emimus quantum nobis adferbant: Habebant quoque Caryophyllorum speciem, Nuces odoratas, Pepones & Cucumeres, sed carnes nō potuimus consequi. Adferbant & vinum *Dadylicum* ex Palmis depromptum. Mulieres ornate erant armillis spissioribus, & vestitæ stibimento ab umbilico inferius dependente, & prophitis tubera operiente, capillos vero funiculo ligatos habent, vt videri possent. Nos equidem metuentes, quod aquæ refluxu incolæ nos superare possent, Pinassam adnavigavimus, quæ alio navigavit: & ad alias duas insulas navigavimus aquam querentes, sed frustra. Deinde Pinassam appulerunt quatuor *Canoa*, adferentes *Galinas*, *Oryzam*, *Caxas* & *Piper*. Navigavi cum Celoce ad locum vbi naves vidimus, ad inquitendum si aqua ibi recuperari posset: appropinquans cisa foruito exoneratur selopus, quare qui in *Paraoz* erant terrestris, stercæ descensionis dependent, tormentumque parvum æneum, vulgo *Bassa* dictum, mox producant, suis armaturis nobis valde minitantes, & cogitantes nos inimico animo selopum exonerasse: quod equidem videntes, Celoce terram petivimus. Sed eorum aliqui in terram descendentes, noluerunt nobis addire: in terram descensum: & ne aliquis sinister rumor discurreret, Celoce remeavimus eo, vnde digressi eramus, & alio in loco aquam querentes, recuperare non licuit. Navem appulentes, *Almadias* ibi reperimus commutantes Regalibus 12. ex octo, *Caxas*: dantes pro singulo Regali 3500. *Cexas*, vt semper minutulos haberemus nummulos. Paraoz mox summo maris æstu remeavit. Noctu iterum navigavimus eo ubi *Paraoz* erant, sed aqua erat salis. Pinassa vela tendit, & nos vna classem reperimus, vento e terra descendente: vbi & *Paraoz* appulerat, quæ nostris aquam monstravit in insula oblonga. *Paraoz* nauclerus, obtulit in *Bentam* nos ducere, solvendo illi quod æquum erat, nempe pro navi singula Regales 3. ex 4. singulis, & nos aquarum ivimus. A Meridie *Paraoz* appulit, vt *Caxas* Regalibus commutaret, sed remissus iuit. Noster Bolidis gubernator nobiscum mansit, qui duo vela nobis monstravit *Bantam* venientia. Po-

terro

Mulierum præsertim.

Insulam descensum nostrorum in terram noluerunt admittere.

Offerunt nobis, in *Bantam* eos coaducere.

fero die, nempe 15. Iunij, aquatū vivimus, & aquam cymba atulimus. Niger Laurentians, qui die dicto obiit, sepultus fuit in postica parte insula, aliudque velum *Bentam* redire vidimus. Retro insulam, iuxta quam anchoram jecimus 4. alia aderant mediocres Insulae, & duo scopuli. Validus hac nocte flavit ventus e Bortholybico.

Die 16. Iunij anchoram levavimus, & vela fecimus ad Mesaquilonem, flante Borrolybico. Bis bolidem cieimus in gurgite 22. orgyiarum, & fundo moere arenoso. Sed superveniente malacia, anchoram demittere cogebamur, aliter fluctus vigore retro ducebamur, a fluctu, qui ex Oriente ad Occidentem deflavit. A Meridie valido

Ecce effigiem Praselli Sumatrarum, in villa Dampin, sita ad ingressum freti Sonda: ubi die 12. Junij in terram descendimus, qui nos humaniter excepit, & liquibus fructibus donavit. Hoc in loco Piper crescere vidimus, vir erat palucus, a subditis valde honoratus, suis satellitibus stipatus, h ebuque secum mulieres, quae illi serviebant. Adula nobis sui regulerunt de Bentam, sed eos intelligere non potuimus. Aderat hic aqua dulcis, sed cum difficultate haerenda. Hic emonui specimena Piperis, quod illis reliquum erat. Gallinae hic erant seminumidicae, & semiviviparæ, mirabile visu. Demde Praselli, Parao classem invisisti, ut nobiscum negociaretur, sed vela dantes, nihil attulit sui.



spirante vento, navigavimus ad Ypaquilonem: & fretum extendit se inter longam & altam Insulam, & oblongam ad Orientem: ventus directe ex fretis occurbat: ideoque monitu nostri bolidis gubernatoris, anchoram fundo commisimus in gurgite 19. orgyiarum. Diversas alias vidimus. *Parao*, Bentam venientes, & nos anchoras elicere coacti fuimus sub insula, quia ventus adyerfabatur respicientes mare posterum, donec ventus descenderet ex alio terra Dampin: locus ubi cum Pinassa & Celoe insulam *Sumatra* appulimus: & in quadrante diurno vela dedimus, animadvertentes alios ut idem facerent, dirigentes cursum ad Caeiam, flante Bortholybico. Alias quoque naves vidimus *Sumatram* navigare. Venimus iuxta alium viridantem scopulum, ad quem fere pellebamus: quare cum Celoe, remorum vi navis erat abducenda: quo superato, cursum instituimus ad insulas vitides, quæ ex opposito altæ insulae existentes, per fauces directe conspeximus terram altam *lavæ*. Navigavimus infra hunc scopulum ad ejectionem tormenti ex ferro fusi, profundo a 5. orgyiarum, flante vento altano, existentibus reliquis navibus in gurgite 30. orgyiarum: & vidimus aliud velum contra Bortholybicum angulum insulae, Mons Sallis dictæ: quæ in medietullo habet montem excelsum, mediocriter longum. Inter hanc & oblongam insulam, alia est peralta insula, habens in montis vertice fissuram, quæ duos format vertices, at non est adeo magna:

Diversæ naves Sumatram petentes.

PRIMA PARS NAVIGATIONIS

sed cum semper a Meridie venius ex Oriente spectet, iterum anchoram solvimus in gurgite 15. orgyriarum, & suadendo anchoris commodissimo, in sequentem diem. Adhuc velis tenis nos appulit *PARAS* terra firmæ Sumatrae, adferens *Cocos*, *Betele*, & *Areca* cum Calce, & paucas Bannanas, Erat *PARAS* gubernatoris solidis. Duo ex 14. qui in ea erant, nostrâ navem confunderent, illique reverentiam exhibuerunt, viâ pedem sinistrâ manu accipientes, ab inferiori parte ad genna viam demulcebant; deinde manibus faciem eius demulcebant ad verticem capitis. Hac nocte pluviosa fuit aura. Die 18. Junij, cõspexitur dievisis in locis septem naves: duas nos appulerunt, quartâ altera erat *PARAS* nostri gubernatoris solidis. In altera erat vir gravis, vestitus panno subtili Goffypino filo aureo intexto: venale habuit plurimû *Betele* & *Areca*, & *Cocos* aliquos, quæ panis linei parte permattavit: sed recedendo, furto camisia & alia ex pino lineo subduâ suerunt. In freti faucibus bolide profundum mensurati sumus 25. orgyiarum: fuctus validi ad Occidentem cidebant, nos vero ad Ypeurum navigavimus, flante Borea. Vespere anchoram posuimus in gurgite 2. orgyiarum. Eodem vesperi permultas vidimus Vesperilionis, magnitudine Galinæ, quæ de re plurimum mirabamur.

Appellendi
modus, &
reverentia
quam exhibent.

Vesperilio-
nes magnæ
vt Galinæ.

Certorum
fructuum
descripção,

Die 19. Junij, præternavigando oppidulum quoddam, classem appulerunt plures *PARAS* ex Insula Sumatra, quantum aliquæ velis navigabant: adherentes *Cocos*, *Piperis* parum, *Caryophyllos*, *Nuces* odoratas, *Bannanas*, *Galinas* aliquot, & *Aurantia* mala, quæ cultris commutata fuerunt. Interrogabant an veniremus *Gea*, aut *Cochin*, & *Bantam* navigaremus: & parum progressi iterum anchoram commissimus fundo, in gurgite 29. orgyriarum. Fluctus adverbabatur, ventus invalidus, & ad Notapeliorem 9. miliaria fere navigari eramus. Sequenti die, vento omnino silente, ibi manifestus: fere pendie flante *Africo* anchoras levavimus, & cursum instituimus ad *Ypeurum*: sed ob malaciam iterum anchoram commissimus profundo 22. orgyriarum alij 30. orgyriarum. Post meridiem iterum vela fecimus, & diversâs vidimus naves.

Quo ad fructus quos in *Sumatra* crescentes vidimus, hi sunt: *Cocos* aut *Palma Indica*, vniuersæ Indiæ cõmunis; sed quæ ipsam primo in *Sumatra* vidimus, de ea primum erit sermo. Quadruplex est *Palma*: quartâ prima, est quæ *Cocos* & *Naces Indicas* profert: hæc omnium, quæ in *Vniuerso* sunt, vtilissima, magisque necessaria est: arbor: nã post *Bannanas* aut *ficum*, præcipuum Indorum nutrimentum profert. Reddit enim *Oleum*, *Vinum*, *Lac*, *Sacharum*, & *Acetum*. *Cortices* loco etatini inferviunt ad edendum: lignum navibus fabricandis confert: interior cortex suavis torquendis, & frondes ad domos tegendas conducunt, adeo vt nihil ex ea petar, sed quid quid habet, hominis vsui infervit: immo radices cõficiendis serviunt in vsum *Aurifabrorum*, cui rei propiz sunt. Sed cum plures de hac arbore multa scripserint, Lectorem ad eorum scripta relegamus.

Altera species, *Lusitanis Arretquera* dicitur: de qua post tractabimus.

Tertia est *Tamar*, quæ dactylos profert; estque sicquæ in *Mauritania Tingitana*: & copiosissima in insula *Zerbi*.

Quarta, *Malaica* lingua dicitur *Lantor*: hæc exiguum profert fructum, magnitudinis *Cerasi*, elegantis aurantij coloris; magnum habet nucleum, quem *Carrei* nominant, siquæ ex fructu egregium *Oleum Auracium*, aliquatenus spissum, & sanitatis percommodum, & ijs manducabile, qui consueti sunt. Aiunt hanc semellam esse primæ speciei: tamque habet *Guinea*. Posterior hæc, est ex qua fit *papyrus*, in qua scribunt, & ex qua libros faciunt. Nam est omnes 4. species, folia habeant similia, in forma *Arundinum*, vt sunt quæ ex *Syria* & *Palestina* huc adferuntur: a peregrinis; sunt tamen huius speciei folia, ad scribendum commoda. Producit quoque hæc terra *Bannanas*, aut *ficus Indicas*, magna copia, quæ, vt dictum est, præcipuum nutrimentum vulgi profertur. Fructus sunt pergrati, sed stomacho adversantes. *Lingua Malaica*, *Picum* dicitur. Fructus iste non solum vniuersæ Indiæ Orientali, sed omnibus fere regionibus inter vtrosque *Tropicos*, communis est: optimos tamen invenimus in Insula *Madagascar*: Manducantur crudi & cocti, siccati tanquam merces alio transferuntur. Per integrum annum credunt, simul congesti, vt hic videre licet: quælibet arbor vnicum dans fructum: quo amputato, novos furculos edunt, qui mensis spacio iterum fructum præbent. Mollis est arbor vt *Arundo*, quæ cultro vnica vice perficendi potest. Folia plerumque profert vnius orgyæ, aut longiora, aut hominis longitudini æqualia, & magnum pedem larga, vnico nervo solum percurrente.

Piper nigru & rotundum hoc modo crescit: circumvolvens se arundini longæ & grossæ, quæ a *Lusitanis Bamba*, & *Malaica* lingua *Mambu* dicta est, in qua crescit *Tanaxin*, quod in *Persia* *Argento* quæ ponderatur: nos tamen plures discernimus, sed nullum in eis invenimus *Tabaxin*. *Piper Lupuli* modo se circumvolvit: nam viticulos habet nimis debiles, vt sine sustentaculo assurgant, editque ramulos vt *Ribes*; manet vidde donec manesceat & excicatur, tunc enim nigrescit. Loci in quibus crescit, sunt: *Malabar*, *Onar*, *Barfeler*, *Calicut*, *Crananor*, *Cochin*, *Coulea*, & *Malabatica* lingua *Malang* dicitur. Crescit quoque in *Queda*, & *Malaica* lingua *Lada* vocatur. Tranvehitur hoc maxime in *Pegu*, & regiones Boreales. Simili modo crescit in *Pedir*, *Camper*, *Andragiri*, *Tambe Baros*, *Sperizum*, *Dampin*, locis in *Sumatra* sitis: nec non in *Iava*, sicut in *Bentam*: & in Occidentali regione *Iavæ*: scilicet, *Ajier*, *Cincatin*, *Atalassy*, *Changabaya*, *Chevola*, *Charita*, *Chegerin*, *Lavaun*, *Buama*, *Iffobongor*, *Pariban*, & in loco distante miliaria 4. ad Orientem *Bentam*, dicto *Punctam*, quod secundo flumine a politica parte *Bentam* descendit *Piper*, vocatur in *Iava*, *Sahang*: hoc enim præcipue in *Sinarum* regionem tranfvehitur. Crescit & ibi radix *Zingiberi* fere similis, diciturque; Latine *Crocus Indicus*; *Malaice*, *Camber*; a *Lusitanis* *Zaffran de terra*: quæ interius

Piper rotundum quomodo crescat.

Piper quibus in locis crescat.

nota est crocea, & nodosa, facile frangens, Iridis modo crescens, editque Lilia alba: est valde aquosa: cum dentibus manditur, primo nulla sentitur acrimonia, sed paulo post in ore multa acrimonia percipitur. Huius radicis nigri exigua emirans partem in Sinu magno Insulae *Madagascar*, quae adserbatur & villa in parte Insulae Occidentali sita. Abundat quoque in *Libra*, & alijs Indiz locis.

Effigies Coccae in Nivis Indicae, quae omnibus regionibus Indiae Orientalis communis est, & copiosa, & Indiae communissima. B. Bannanae, aut ficus Indicae: quae praecipuum nutrimentum profert Indorum. C. Piper est, arundinis longa & grossa circumvolvens, & Malacca lingua Bambu dicta. D. Crocus Indicus, cretens cum suis flore, & pluribus locis Indiae communis.



Accessus noster ad Portum Sunda, & qua occurverunt.

CAP. 16.

Lento gradu navigantes, cum ob adversantes fluctus, tum venti instabilitatem, qui a media nocte, in horam decimam ante meridiem Subsolanus, & deinde in vesperam Occidentalis erat, & nos magno impedi-
mento affecti In freto pernavigando, die 22. Iulij Portum *Bentam* & *Sunda* oras appulimus, ante nos conspicientes insulam humilem, viridem & pulchram, a lavanis *Pulo Paian* dictam, quod idem est ac Insula oblonga. Ad Boream eiusdem, vela parva vidimus numero fere 70. quae a longe *Sylvam* referebant artemen ut nobis relatam fuit, piscatorum naves fuerunt: quae satis significabant, civitatem *Batum* esse populosissimam. In sinu quodam regionis lae, vidimus navem lavanam, vulgo *lonca* dictam, habentem antennam, malum magnum, Epidromi malum, & Siparum, Epidromium magnum & paruum extensum: quae onerum fere 16. erat: cuius *Canoa* nos adnavigavit: sed quid interrogaverat, intelligere non potuimus, quare rursus ad *lonca* remeavit, & cum *Lustan* ce linguae perito nos iterum appulsi, qui nos interrogabat, unde veneramus. Sed cum peteremus ut navem intrare, ad *lonca* redijt: quae mox vela faciens, angulum certum adnavigavit & superavit, ubi e conspectu eam amissimus. In meridie habuimus *orgyas* 34. deinde 24. & post horam secundam pomeridianam *orgyas* 10. adeo cito tra-

Anno 1699.
Die 23. Iulij.

lonca navis
est lavana.

PRIMA PARS NAVIGATIONIS

IAvani, certo asserunt, a quibus originem habeant, necimus: qui de origine interrogati, aiunt a Sinenfibus originem ducere: qui cum gravi servitute oppressi essent in Sinarum regione, Coloniam instituerunt, lavanum migrarunt. Quod equidem verisimile est, praeteritum quod Sinenfes facie referant: habentes frontem latam, genas inflatas, oculos parvos. Et reperimus ad confirmationem huius, quod Marcus Paulus venetos, cum Tartaro militaret, ait, Insulam Lavam magnam Tartaro pendidisse tributum: & eodem tempore quia Sinenfes Tartaro rebellant, ipsi quoque Tartarum non agnoscerent dominum. Nam adhuc hodierno die Sinenfes ibi sunt frequentissimi, qui Bantam habitant, ad evitandum, ut dictum est, severas leges & statuta Sinenfium, quantum rito nisi cum difficultate, quae emigrare potest: & qui migrari raro redire consueverunt, nisi ibi reliquerint uxores & proles. Lavani ergo proprios nunc habent Reges: & ut plerumque videtur in omnibus provinciis quae superiorem non agnoscent, quod plures in Reges se elevant: sicut post Alexandri Magni obitum, quilibet Gubernatoris Regem se fecit suae administrationis. Sic etiam Lavanis evenit, ut qui praevaleret, Regem se dicerit: quare singulae civitates Lavae proprium habent Regem, sed Rex *Bantam* potentissimus est. Nunc ut clare loquamur de omnibus oppidis Insulae Lavae, nobis cognitis, incipimus a parte Orientali Insulae, veniendo versus Occidentalem. Civitas *Balambuan*, celebris est, muris circumdata & propugnaculis, proprium habens Regem, quae tempore quo ibi etiam obsessa fuit, ob causam quam post narabimus. Ex opposito huius, est egregia Insula *Bali*, admodum fecunda: quae sereum cunfar, quod triquetrum Ballambuan nominatur. Itine distat a Boream miliaria 10. vrbis *Panaticum*: vbi multi Lusitani habitant, pluresque Lavani Christiani. Habet quoque proprium Regem, qui Lusitanorum insignis est fautor. Ea quae hic venalia habentur sunt servi, quorum magnum numerum Lusitani singulis annis *Malaccam* vehunt, atque Macropiperis parum. Tectantur ibi aliquae vestes mallebres, quae Lavania lingua *Chivivans* vocantur: estque muris circumdata. Retro *Panaricum* mons sulphureus ardet, qui anno 1586, primum erupit: tanta vi, quod decem milia annis fere perierunt, misitque petras in urbem visum, & tribus diebus fumo adeo obscuravit caelum, ut noctem diu vises. Porus est vbi plerumque appellatur Lusitani, cum ex insulis *Molubi*, *Banda*, *Aboyana*, *Timor*, & alijs, aut *Malacca*, insulas petunt. Duo praedicti Reges Ethnici sunt. Sequitur Oppidum *Pasfarvan*, van 6. miliaria a dicta iam urbe distans: estque vrbis fortis, muris circumdata. Insigni fluvio orinata, ceteris Rex vrbis Ballambuan obsidione cinxerat, eo quod rex *Pasfarvan*, *Maurus*, in matrimonium Regis Ballambuan filiam petens (cui cum honorabiliter comitatu cum missa esset) post primam noctis concubium, eam cum omni comitatu, crudare iussit, eo quod non esset Mahumetana, ut ipse qui mox exercitum colligens, primum *Pasfarvan* obsedit: quarum ex improviso putabat opprimere, quod male succellit illi, relinquens aliquos ex suis in campis occidit: tunc suo exercitu Ballambuan ivit & obsedit: qui duo aedificans propugnacula ad fluvium, eandem palis vallate iussit, ita ut nulle naves & scaphae pervenire possent, & quadrimensi spacio obsidiam teneret, vnde in urbe carissima magna erat.

Meres quae hic sunt venales, sunt plures exigui & subtiles Garnitri, qui fructus sunt fragis similes, & a mercatoribus *Quillini* multum aestimantur, qui inde orbiculos precarios sibi faciunt. Sunt hic quoque panis *Gossypij*, qui Bantam vehuntur, & Sinenfium mercibus commutantur. Terra *Pasfarvan* monte peralto cognoscitur, ad cuius radicem sita est. Decem miliarijs Occidentior est ad insignem fluvium vrbis *Isarvan* optimo portu beatam, vbi plerumque naves & *Molucis* insulis venientes, & *Bantam* petentes, sibi provident de omnibus quibus Indigenae rebus, spisso quoque elingitur *Itiro*: ad Iavani Occiduum fluvij, sita est *Gerris* vrbis quae Regem habet quem reliquis Reges Iavanis manibus semper adlocuantur, eodem modo quo sero solus Iavani heros suos allocuti. Ex his duobus oppidis Salis copia advenit *Bantam*, aliaque loca, quae itine vehuntur *Bantam*, *Spatulibus*, *Tubon*, vbi Piper etiam nominatur: & *Celavar*, quae est insula *Gossypij* & *Oriac* distans, quibus ingenti litore Saltem veniant. Sequitur nunc *Sarabja*, quae fluvium habet, & proprium Regem. Qua distat ad Occidentem miliaria sex oppidum *Brandau*, sub eisdem Regis imperio, qui *Chidajo* habitat: quae & vrbis multissima: muris & propugnaculis circumdata: tamen ad Portum nulla est contra mare defensio: profundo gaudet hoc, vrbem, & fundo lutoso, quare venis validissimis ibi morari non potest, nam anchorae permittunt, ut nobis accidit die 12 Decembris, cum ibi in navium statione eramus, ut post laetius declarabitur. Stationis huius signum, sunt tres montes oblongi & parvi, referentes tres longas risticornin mentas: quae *insulae de Tubon* appellatur, & Lavanis *Barto Gillioj*. Hanc navium stationem inveniunt *Itiro* quae Insula *Molucis* veniunt: onerantes Salis tantum quantum illis sufficit ad plenam vesturam: sunt enim vbiq; inter *Itiro* & *Sari* pluitrae Salinae, & versus Occidentem amplius nullae. Ad Circum distat miliaria decem oppidum *Tubon*, quod & Regem habet, & piosuli frequenter gaudet, ad finem magni fluminis, ita ut luxa terram existens in ipso sinu nullam retrahi conspiciere potest. Miliaria quinque ad *Borholijam* distat oppidum *Casano* in quodam sinu situm, habet quoque proprium Regem, sed parum negotiationis maritimae, sicut & oppidum *Mandalicam*: in portu habet parvam Insulam, nullosque habet mare navigantes, quam piscatores aliquot. Miliaria quinque ad Occidentem itine distat

Lavanorum Orig.

Marci Venetorum testimonium.

Proprium quilibet vrbis habet Regem.

Ballambuan obsessa.

Quae venalia erant.

Rex Pasfarvan propriam uxorem crudare iussit.

Quae merces hic sunt venales.

PRIMA PARS NAVIGATIONIS

Oppidum *Iapara* ad angulum quemdam, tria miliaria fere in mare se extendentem. Civitas hæc vallo tantummodo circumdatur, egregio fruitur fluvio, & optimo portu, quare naves multæ ibi appellant, ut rebus necesse sibi provident. A pluribus annis proprium habuit Regem, mari & terra potentem: & ad Noctolybicum distat miliaria 25. *Iapara*, & miliaria 45. *Bantam*, civitas magna *Mataram*: cuius Rex potentissimus est totius *Java*, sæpeque minatur obnuere urbem *Bantam*, quod quotidie, interim quod aderamur, expectabatur; quare magnus apparatus, ut aiebant, ibi factus fuit ad resistendum.

Iapara distat miliaria 5 ad occidentem, oppidum *Pari*. Isthinc miliaria tria distat oppidum *Dama*, ubi Imperator pro Rege agnoscitur, oppidum munissimum, muro circumdatum: a quo distat miliaria tria, urbs *Taggal*: quæ tres vrbes, singulæ, proprium flumẽ habent, & ad sinum vnum sitæ sunt. Post sequitur civitas magna *Charaban*, egregio muro munita, & flumine dulci gaudens: terra ultra hanc sita cognosci potest per duos montes, retro eandẽ positos, referentes oqui sellam. Sequitur nunc *Dermaya*, quæ & fluvium habet, deinde *Crovan* quæ villa est magna, a piscatoribus habitata, ob piscium abundantiam, flumine gaudens, quod tribus ostijs in mare se exonerat. Hic ad insulas primum venitur, quæ longe & late sparitæ sunt in portu *Iacatra*, qui sinus est magnus, ad quem adhuc sita est vrbs regia, cuius nomen nunc excidit. *Iacatra* originem annonæ copia gaudet, & vere a nobis *Sunda Calapa* dicta: *Sunda* enim javanica lingua, idem est quod *Loc*, locus fovendus; & *Calapa*, est Nux Indica: significat ergo locum *Cocci* fixandum. In sinus ostio aliquas insulas habet, & vadum occultum, in quod impingens navis Amstelredamum, plurimum læsa fuit & aquam hauriens: habet insignem fluvium, & vallo solummodo cingitur, populi frequentia gaudet, & vrbs commoda ad necessarijs rebus providendum. Ad angulum Sinus occidentum, miliaria tria fere ab vrbe; est fluvius *Taminiava* dictus, ad quem, miliarij unius spacio ascendens, villa est, ubi commode aquatur, qui ad insulas lædæ: Orientalis iter suum vult persequi: nam a nemine potest impediri: ad quem angulum, flumine non viso, anchora committi potest profundo 9. & 10. orgyiarum, & fundo argilloso: deinde Celoe angulo superato, fluvium intronavigare licet. Tercio miliarij ad Occasum, magnus est fluvius, *Puntam* dictus, cui adiacet ingens pulvis, qui maris recessu sicus apparet. Ad hunc fluvium, miliari vnum ingressus, habes villam cuiusdam nobilis, *Zenopata* dictam. Fluvius hic Piper tradit, onitur enim a postica parte tertæ alitæ *Java* Gnon dictæ, ad radicem cuius maxima Piperis copia nascitur. Miliari vno magis ad Occasum, villa est *Tanbara* dicta: in hoc itinere multæ sunt insulæ, inter quas navigatur, donec *Bantam* appellitur, qui omnium optimus & maior est portus: ubi præcipua sunt commercia cum circumvicinis Insulis & oppidis, quorum alijs in locis mentionem faciemus: quæ vrbes sequuntur prædictæ villæ, in quibus Piperis magna provenit copia, & per exteros mercatores *Bantam* vehitur, Sinenibus vendendum. Lusitani Piper hoc solebant emere, sed Sinarum rex pecuniarum summa cum eis convenit, quod Piper hoc Sinenibus concederet. Præterea Lusitani parum lucrari possent, si in lava emeret & averheret, nautique solverent, maris periculum ferrent, & deinde Regis Inferiori in Cochij traderent Centenarium pro 12. Cruciatjs. Lusitani nunc solummodo Aromata medica, Caryophyllos, Nuces odoratas, Macerem, & Santali lignum, comparant, quæ Malaccam, aliæque loca transferunt.

Maiores Piperis copias nascitur.

Sini Civitatis Bantam.

CAP. XXI.

Situs vrbs Bantam.

Civitas *Bantam* sita est in terra humili, ad radicem montis alti, ex quo descendunt duo rivuli ad vtramque vrbs partem, altiusque per vrbs medium, quibus vrbs optime aqua cingitur, & sine munita est. Muros habet orgyia spissiores, ex lateribus nibeis coctis edificatos, habens portas aliquas fere inaccessibiles, vbi die noctuque diligenter excercentur excubijs. Propugnacula habet ad lapidis iantum ab invicem distantia, & in singulo tormentum: sed theda & totis carens, quo recte uti ignorant, nec pulverem habent pyrium, quam qui *Malacca* adveniunt, vbi pulveris pyrij mola est. Turres non habent, sed formam quandam fenarum, tribus tabulatis edificatam, ex malis magnis, & lignjs, quæ scalis ascendunt, & vna scalis alium trahunt, ex quibus contra inimicos ægerime se defendunt, cū oppugnantur. At nunc intelligetes, Regem *Mataram* eos invadere proposuisse, circumcirca civitatem super muros edificarunt pergulam ex alius arboribus, super quam ire poterit, ut inimicis resistant, stantes lotica proteclti. In vrbe tres tantum vicos rectos habent, terminantes ad locum ante palatium *Paccharan*, dictum: quorum primus directe tendit a *Paccharan* versus mare: alter, versus Portam *Campstreem*: tertius, ad Portam montanã. Civitas non est sitata, sed tota arenosa: quæ potest ubique permargari, a canali in canale: qui canales cum non sint satis amplj & fluentes, ad devchendas sordes, sitque civitas paludosa, sunt sordidissimi & fetentes: nam incolæ, & viri, & femine, sepiusque publice se lavant, quare fundus semper fere turbatur, & aqua turbida & lurosa. Templj habent amplum, quod *Mesquita* vocant, iuxta Regis palatium situm ad latus occidentum, quod sit magnum est: & armamentarium a parte Orientali, in qua arma publica quæcumque in usum belli reponuntur & servantur. Ad partem Australem domus est Regis parvuli, cui contigua est domus *Chepate* Vicegeris, iuxta cuius aedes via publica est, quæ ducit ad Portam *Campstreem*, in qua habitant omnes Regis servi, & ministri.

Publice se lavant.

frj.

stri, estque eius Officina, hippocognia, & Culina. Præterea partita est vrbs in multos vicos, & quilibet vico nobilissimus præfectus est, qui eius curam habet tempore belli, incendiij, alteriusque rei: & quilibet habet proprium vallum & clausuram, ab altera diversam: & in quolibet vico pendet Tympanum magnum, magnitudinem habens dolij aut sequivalis vini, quod pulsant malleo textoris, qui appendet, cum aliqua difficultas, aut iucundij, aut pugnae, adest: similiter in meridie, mane in aurora, & vesperi, vigente crepusculo. Habent & pelves, quos pulsant vt nos campanas, quibus populum mox exciât, & congregant. Ad omnia placarum compita habent suas excubias, quæ curam habent eius rei: & vesperi omnes panij Pontones recluduntur & alio transferuntur, vt noctu nemo per vrbs divagetur. In Paceban qualibet nocte, ante carcerem, sunt 50. excubiores: præterea quilibet nobilissimus habet in atrio domus suæ 10. aut 12. viros vigilantissimos. In ædium ingressu primo invenitur locus quadratus, quem Paceban appellat: vbi audiuntur, qui auditi requirunt: & excubie fiunt in tugurio arundine, aut Palatarum frondibus tecto; in quo audientia datur. In vno angulorum dicti loci propriam Mosqueam, sive ædem sacram habent, in qua Meridie orant, & iuxta eandem, puteum, in quo se lavant. Introrsum pergens, ad ostium venit cum angusta pergula, quæ multis angulis fortificata est, in quibus eorum servi habitant ad ipsorum defensionem, ne noctu ab inimicis opprimi possent: nemini enim fidit, nec fidi sunt. A Edes eorum super 4. aut 8. aut 10. columnas lignæ ædificatur, egregie sculptas: quæ folij palmarum sunt tecto, & inferius iote apertæ, vt fruantur refrigerio: nam nunquam ibi frigus viget: habent tamen Cortinas, quibus ædes, in circuitu claudunt. Superne nullas habent coniugationes aut tabularum, in quibus aliquid ponant, quam super horreum, quod est ædificium ex lapidebus constructum, vnica coniugatione sine fenestris; tecto stramineo cooperum. In hoc horreo reponunt omnes merces, cum incendium est, quod se plus accidit: tabularum habet ex grossis arboribus coniugatum, quod

Civitas Bantam in multis partibus partita.
Forma tympani.
Pelres habent loco campanarum;

Excubiari forma.

Domorum constructio.

Delinatio vrbs Bantam, eo modo quo partita est. A. Regis palatium. B. Paceban. C. Ferta campestris. D. Porta montana. E. Porta Agnaria. F. Repagulum aquæ. G. Turris. H. Templum sive Mesquita. I. Suenisium habitatio. L. Palatium Payer in Gomban, Capitanei Bantam. M. Rivus per urbem fluens. N. Palatium Sabandar. O. Palatium Archibataliffi. P. Palatium Sætie Moluc. Q. Palatium fratris Præcepti. R. Palatium Chenopate. S. Palatium Panjanisiba. T. Forum Suenisium. V. Palatium Andemoln. X. Taberna vestra. Y. Domus Guæzarum & Bengalorum. Z. Armamentarium.



PRIMA PARS NAVIGATIONIS

arena multa tegunt, ne aduratur. Cuius ædium publicia, composita sunt ex ægyptiis arundinibus, *Bembæ* delis, fistis scandularum more: ex quibus facillime & exiguis expensis, ædes suas ædificare possunt: sicut nostro tempore vidimus, per incensidiam quod in vrbe & extra urbem, magnam ædium partem secundam linas consumiserat: & tridui aut quadridui spatio iterum novæ ædes edificatæ fuerant. Circumcirca cum ad linas, tum versus campesina plurimæ sunt ædes, quarum potior pars a nationibus exteris habitatur: vt sunt *Malaci, Bengali, Gasarates, & Abyssini*, quorum magna ibi est copia. *Sineses* partem occidentalem inhabitant, quibus Lusitani se iunxerunt: vbi & nobis habitatio ordinata erat, quæ a parte campesini vallo forti circumdatur, & palude fortificatur: quare ex fine naturaliter defensionis aptus est locus: & a parte urbis habet maiorem defluxum aquæ totius vrbes. Quod si pueri aquæ dulcis ibi fodi possent, facillime & minimis expensis arx ædificari posset, demolendo vrbes marum, ex opposito huius loci, & secundum linas, & lapidibus vitædo ad ædificationem muri eiusdem arcis: cum quo impeditur, quod nec navigare, nec bitemes, nec *Paras* possent in civitate navigare: nam reliqui canales nimium parvi sunt, vt *Paras* navigare possent. Præterea vadum extendit se tantum in mare, vi glandes romætorum, quæ vulgo Sacren dicuntur, vi privarentur, adeo vt nullam in arcem violentiam efficere possent, eicte ex aliquibus navibus magnis: oprandum esset, vt Lusitanos ea in re nos præventer liceret, præsumam sic faciendo, non solum possemus obtinere aromata fivæ species lavæ, sed quoque quæ exhibent Insule *Malacca, Amboin, Banda, Tomor, Salor, Macasser*, & plures alia: quarum suo tempore latius mentionem faciemus. Nunc vero de illorum foris, negociationibus & mercibus aliquod tradabimus.

Sinecium habitato.

Nota.

Forum in magna forma divisum.

De Foris, negociationibus & mercibus Civitatis Bantam, mensuris & ponderibus.

C A P. 22.

IN die triplex forum habet *Bantam*, ubi merces omnes venduntur. Primum, amplius est locus ad id ordinatus in parte vrbi Orientali, ubi mercatores omnium nationum in principio diei comparent: scilicet, *Lusitani, Arabes, Turci, Sineses, Quillini, Pegnesi, Malaci, Bengali, Gasarates, Malabares, Abyssini*, aliique ex omnibus partibus India: ad negociandum: quod durat in horam nonam ante meridianam, tunc quilibet recedit quo placet.

Triplicis fori descriptio.

Nunc vi narremus merces quæ ibi venales exant, auspiciabimur ab ingressu fori, euntes secundum domos, & revertentur secundum aquam: Veniens vero in fori principio, ubi Delubrum est, cum vallo, ibi reperitur nonnullæ mulieres cum facis, & mensura, quæ *GAMA* nominatur, quæ plerumque continet tres libras Piperis, ponderis Battavi: quod a rusticis Piper adferentibus, hæ mulieres emunt, solventes pro qualibet *GAMA*, octingentas aut nongentas *Caxas*, qua in re plurimum sunt exercitæ. Sunt ibi quoque Sineses, qui astatiores sunt: qui videntes rusticos adventantes, eunt obviam, interrogantes quanti faciant id quod habent, habentque statim eum pondere ad vnam panem, & sacculum in quo Piper effunditur, ad alteram panem, ne decipiantur. Intra vallum veniens, vt inque mulieræ sunt mulieres, quæ venalia habent, *Arceam, Betel, Melones aquos, & Bannanas*: post quas alique sunt quæ libra parant, & calida vendunt. Hæ cum præteritæ sunt, veniunt ad locum, vbi ad dexteram arma sunt venalia, quæ viri vendunt: sique iumenta enca vulgo *Bassen*, Pugiones, quos *Crispen* nominant, hastarum micrones, Cultri, aliaque arma: similiter & Santalum album & rubeum. Ad sinistram vero, Saccharum, Mel, & confectiones omnes. Iuxta est Forum Fabiarum: ibi venales sunt Phaseli albi, nigri, rubei, Crocci, vitrides & Cinerei, qui mensura venduntur: nempe *GAMAN* trecentis *Caxis*. Tunc sequitur *Carpe*, & Allii forum, vbi penetinari non potest. Ante hoc forum degambulant Mercatores, Magnarij, qui pannum lineum, aliaque mercimonia in solidum venalia habent: & pecuniam exponunt ad itinera, vt duplam recipiant, cum iter bene successit: sed nave amissa mercator expositam pecuniam amittit. Hic ad dexteram est forum volatilium: vbi Gallinz, Anates, Columbz, *Pittac*, aliaque volatilia, venalia sunt. Hic trivium est: cuius prima via ducit ad Sinesium officinas: altera ad forum Oloritium, tertia ad forum Cupedinarium. Vadens ad officinas Sinenium, primum habes ad dexteram Gemmarios aliquos *Caronales* & Arabes, qui aliquos Pyropos viles, Hyacinthos, Spinellos, Balafios, Granatos, & Robassos, venales habent. Ad sinistram sunt *Bengali* & alij, qui omnigena minuta ferramenta, & merces minutas exponunt: retro horum stilmarum, habent Sineses ordinem stilmarum, qui venalia exponunt mebycinum filum cuiuscunque generis, & pulcri coloris, pannum sericum, & Damasenum, Holosericum, tramofericum, filum aureum, & diachryson, Catinos Porcelanios, egregiasque sportulas cum Lacca, pelviculas æneas, magna & parva pocula enca fusa & fabricata, Argentam vivam, elegantes cistulas, Papyrus diversorum colorum ad scribendum, *Diaris*, Aurum foliatum, specula parva, pectines, specilla ocularia, Sulphur, Machras Sineses, cum vaginis Lacca obductis, radicem Chinam, fiabella, Umbellas, quorum stilmarum duæ placiæ sunt vtrinque plenz. Secundam viam vadens, habet Bengalos ad dexteram, & eorum stilmata cum ferramentis minutis. Ad sinistram est forum lintearium vitorum, & iuxta illud forum lintearium mulierum coniugatum, cuius ordinem nemo potest ingredi, nisi sub gravi multa. Paulo vltius ab vtraque parte est forum *omnium*, & Oli-

Merces quæ exant venales.

Vnicuique fori descriptio.

& Oloritium, vbi diuersae herbae & fructus, nostris dissimiles, venales sunt: nostris vero similes; sunt Mala aurca, Citria, Medica, & Panica: forum hoc in finem viz huius pertinet: sed domum redeundo, habes forum Piscarium, vbi varij pisces venales sunt: istine ad sinistram habes Carnium forum, vbi egregia habes stilmaria, canae bouilla, Cervina, & Bubalina repleta. Mox succedit forum Aromatum, ubi mulieres sedent in stilmaribus, quae minutatim vendunt aromata: vt sunt, Zingiber, Zedoaria, Zernuber, Macropiper, Cubebe, Anisum, Fagara, Calambac, Carro, Santalum, Costus Indicus, Nyrus, lancus odoratus, Calamus aromaticus, Radix China, Rhubarbarum, Galanga, Semen Zedoaria, Feniculi, Anisi, Coriandri, Banne, Datura, Cannabis, Cestior, Sanpariani, Curcuma, Pontian, Cato, Gambier, Saffari, Daringi, Tagni, Caxambu, Teanco, Aluarian, Muiyadi, Savi, Brauban, Durin Tuio, Tagari, Inabian, Sombua, Jalane, Parauu, Tomon Puce, Benzoin, Saga alba & nigra, multaue alia quatum nomina mihi exciderunt. Hic ad dexteram reliquimus forum Oryzæ, cuius quantitas magna in saccis exponitur, multoque maior in nauiculis, quæ iuxta forum sunt in canali. Locum hunc persequens, forum figulintum sequitur, & iuxta illud saccalorum forum. Stoccarum forum, & Salis forum, vbi quantitas magna Salis grossi iacet, quod loarian, alijque prædictis locis adfertur, aut alio transferendam, aut ibi consumendam. Ad sinistram est Olei forum, Cocos forum, sicque ad primum viam reditur, vbi Mercatores & Naucleri deambulant, qui omnibus in regionibus negociantur, & navigant.

Delinatio ad vrbem Gubernateris Bantam, Chipate dicta qui nostro tempore auctoritate Regia gubernabat: quæ pater etas quibus ex vrbibus Regis, & a populo ad hoc manus electi su. Quo modo auctoritatem dat ut, qui vniuersi aliqua persequuntur. Hic admittit est Episcopus aut Ceque muer, iuxta illum super terram sedent: Quos mittitur Mecha per Gidda, sicut Legati Roma mittuntur, cum suis comitibus & ministris illi assidentibus, & quomodo alij accurrunt inclinati, vt & ipsi assideant, & colloquantur.



Mensura qua Piper vendunt, capit libras tres cum quadrante, quam Ganta nominant. Habent & aliam, quam mensurant Oryzam, Salem, Phaselos, aliaque plura; quæ maior est, & 4. Libras Piperis capit. Cum Piper vedunt magna quantitate, per saccos vendunt; & quilibet saccus ponderat 45. Cates, aut libras 56. si minus tradunt, residuum tibi detinent, ponderans quilibet Cate 20. vncias: sed diligenter cavendum est ne a Lavantis, alijque decipiatur. Accidit enim sæpe, quod exiguis lapillos nigros cum Piperis miscent, quod vix percipi potest, nisi diligenter inspiciaur. Præterea optime prospiciendum est, vt Piper sit persicicum & purum. Hoc foro factu, incipit secundum in loco qui *Paceban* dicitur, aut planum Regis, vbi omnis annona venalis est, & ab Incolis Piper aliquid Sinen-

Piper quo-
modo ven-
ditur.

PRIMA PARS NAVIGATIONIS

fibus venditur. Hoc durat in meridiem vsque, & per totum diem. A meridie forum est in regione Sinenfium, vbi quoque omnigena annona; Capræ & Gallinæ venduntur: quod fit singulis diebus; qua in re Sineses diligenter se exercent. De pecunia illorum agemus, in capite vbi de Sinenfibus fiet mentio.

Religio Laratorum in Banaam, & quomodo seculi conuersantur.

CAP. 23.

Religionis
Laratorum
descriptio.

IN maritimus laræ habeat fidem Mahumeticam: qui campellria inhabitant, sunt Ethnici, legem Pythagoricæ observantes: nam pro cento habeat, quod morienæ homine, mox spiritus aliud occupat corpus: quare nihil edunt quod vitam habuit, multoque minus aliquod animal occidunt, sed cibant & educant. Ad Oram Borealem laræ sunt Mahumetani, cuius Alcoran diligenter observant. Quatuor Prophetas tantum agnoscunt, nempe Moïsem, Davidem, Iesum Christum, & Mahumetum. Sua templa habent, aut Mesquitas, in quibus suas ceremonias observant, magno cum silentio, humiliter faciem ad Solem vertentes, in faciem cadentes super terram, pluribus vicibus legentes horas aliquas, Monachorum more, quas omittere non possunt. Duas habent Quadragesimas in anno: ipsorum Quadragesima magna incipit die 5. Augusti, duratque dies 40., & sic cum omnibus feriis, & tota familia Pascha celebrant, pauperes & divites, sedentes tanquam Sartores in circulo, in terra simul edentes; vbi ipsorum Magistratui aut superioribus obedientiam exhibent, & reverentiam, demulcendo ambulabab manibus, a pedibus ascendentes, & deinde ambabus manibus faciem vsque ad occipitum: quod singulis annis fit, vt dictum est, die 5. Augusti. Vxores eorum, nempe quæ alicuius authoritatis sunt, nunquam conspiciuntur: quas plures habent, nempe 12. aut minus. Habent insuper plures alias servas Concubinas: sicuti nobis ibi existentibus; Sabandar, qui filio suo minori tradidit in vxorem vnam ex affinis, cum dotans 50. viris, 50. feminis, & 40. puellis inuuptis, cum tercentum mille *Caxas*, quæ nostra moneta valeat nr 25. Regales ex octo computando 12000. *Caxas* pro Regali: & his omnibus feminis possunt concumbere: quæ proles parientes, non possunt vendi: & nascuntur omnes vxoribus suis, sicut Hismael Saræ natus fuit: sed ex his multæ proles ab vxoribus e medio tolluntur. Cum in vxorem ducant vnam ex affinis, nec Sponsus, nec Sponsa exeat ante diem consummationis nuptiarum. Cum nuptiarum diem celebrat, omnes eorum amici, ministri & serui, eleganter vestiti sunt: & in ædibus & Sponsi & Sponsæ sunt erectæ multæ hastæ, albis & rubcis sinibribz Gossypinis ornate, vt in hisce regionibus sunt equitum hastæ, cum parvis vexillis: & signa militaria: tormentorum cameris egregie tonantes, cum sclopiis nequaquam vti norint. A Meridie adducitur Sponsus equus sellatus, quem ascendit, rotamque per urbem equitat vsque in vesperam, & donec Sponsam accedit, quo interim quod abfuit serui venerunt, qui pro dote marito dati sunt, quilibet donum adferens, cui adiuncta dos est eleganter ornata. Tunc apparatur convivium, vbi Parentes Sponsi & Sponsæ coenant: quibus recedentibus Sponsus & Sponsa vno sub tecto collocantur, quod vniuersæ cortinis cinctum est: vbi concumbunt: & deinde Sponsa nunquam alijs viris conspicua fit. Raro videtur lavari quia semper mandant *Aræca & Berele*, calce commixta, quod eorum os rubefacit, & dentes nigros reddit, quos plerumque limant, & quadam herba splendentes reddunt vt autem: & quamvis ipsum Regem alloquantur, non ideo desinunt mandare Berele: nec non se invicem visitantes, in medio ponunt cistulam cum Berele, offerentes illis qui eos inuisant ex ipsorum Berele: nec non ex eodem in eius mitrens cistulam, vt in imagine videri potest. Insuper cum alter alteri vult asfidere, ibique sedeat aliquis qui maioris sit authoritatis, inclinatus veniunt accurrentes, donec asfideant, semper mandando Berele, vt dictum est.

Mandant
semper Ber-
tele cum
calce.

Delimitatio ad vitium, quomodo urbis dux aut Princeps, suis comitatu nobilibus, per plateau Benitam incedit, quem tenet unus alter l'ostium gerens, & alter gladium largum, praecedit. aha vero & ministri cum sequuntur, portantia cistellam cum Betete, poculum aquarium, & Umbellam. Vides praetero servos, Mechanicos, & Mercatores, qui a latere, Calcaneo insident, donec Princeps praeterierit.



Quomodo dux aut Gubernator vel Princeps ad Paceban vadit.

C A P. 24.

Cum quis ex superioribus, quos duces vocit, suo cum comitatu *Paceban*, aut Regis palatium accedit, iubeat ante eos portare vnam aut alteram hastam: ac gladium vagina subea aut nigra holoferica, pro eorum qualitate: & quem talis hasta praecedit, huc nemo fervorum, aut mechanicorum obviam audeat ire, sed cedere debet lateraliter, calcaneo suo insidens, donec Princeps ille, aut Dux praeterierit: tunc rursus pergunt. Superbissimi sunt, & arroganter incedunt: portant linteae aliqua filo aureo tecta, & in capite Cidarim ex subtilissima sindone Bengalica, Telae Cameracensi aut Byffo simili. Nonnulli gerunt amiculum manicatum ex Holoferico, aut nigro vel rubeo panno. Pugionem cingulo aut ante, aut retro infigunt, cui se fidant. Ministri sequuntur, portant, aliter cistellam cum Betete, aliter poculum aquarium, tertius umbellam supra eius caput, quae Solis ardorem arceat. Pedibus nudis omnes incedunt, & ignominiosum esset calcneos portare: sed in aedibus caleant aliquos ex corio rubro, qui in Sinarum regione, *Malacca*, aut *Achen*, conficiuntur: sicut & Umbellae.

Modus emendi ad *Ca. riam*.

Arma & militia Iavonorum.

C A P. 25.

Iavani pertinaces, infidi, perversi, & crudeles sunt, qui vincentes nemini parcunt. In furando adeo industrij, ut omnes superent: boni milites sunt, audaces & impavidi, sed tormentis & sclopijs uti nesciunt: quod si scirent domari non possent. Eorum arma sunt sarissae, mucronibus flammis, ut & pugiones, quos Crissen nominant, Machaeræ & adinaes. Clypei sunt lignei, aut ex corio circa circulum tenso. Habent quoque arma ex lignis

Iavonorum nana.

Arma Iavonorum.

G 3

lagnis

PRIMA PARS NAVIGATIONIS

laminis ferreis, annulis simul concatenatis, vi hic delineatum vides. Plurimque capillos longos gerunt, vngues longos, & dentes habent illatos. Mandatis superiorum sunt obedientissimi, ad morem vsque. Simili modo videlicet adeo avidi, & natura fortes sunt, vt ab inimico perfossi, in arma impingentes sint ad iuicem confodiendū, & se vindicandū, quod vidimus & experiri sumus. Nulla habent sūpēdia, sed belli tempore dantur illis vestes, arma, & cibaria: vt sunt Oryza & Pisces, suntque omnes serui, qui cum opus est, vocantur; aut cum expeditio aliqua delibērata est ad aliquem ex improvīso opprimendū: cui rei maxime idonei sunt. Præcipue opes lavanæ sunt apud Proceres, & qui plures opes habet, ditior & potentior æstimatur. Raro sunt ociosi, semper aliquid præ manibus habentes: aut facientes yaginas ligneas suis Pugionibus (quos tam industrie educere norūt, vt dictū mirum sit) ex ligno Santali; aut at mā repugant, quæ plerumque veneno illita sunt aut fabricata, vt vulnus lethale infligerent: & servantur adeo splendida & acuta, vt tanquam novaculis scindere cœtes: quibus adeo se fidunt, vt die, noctuque sine illis dormire non audeant: sed nocte abscondunt sub cervicali; nec ab alio manibus tractari sinunt, ne proprijs armis opprimantur; quod facile fieret: nam in omni genere proditiorum docti sunt: & frater fratri non fidit, nec alter alterum vuli alloqui, nisi pugione munitus. In atrio habent tres vel quatuor duodenas hastarum & clypeorum: & in arcis ante atrium habent plerumque nonnulla tormenta, quæ *Basses* vocantur, sed raro doctus suis. Vnuntur quoque fistulis sive cannis, e quibus sagittulas efflant intoxicatas, quæ circa cuspidem habent duas crenas, vt cuspis venenosa, quæ ex plicis dente facta est, romperetur, & in hominis corpore putrescere: nam, vt prædictum est, sclopis nesciunt vii, vt accidit cum ibi eramus, quod quidam incola postquam a nobis doctus fuisset, quomodo oneraret & eo veniret, cum feram petere vellet, & accepto sclopo mulicero quod a nobis acceperat, exiisset ad iaculandū feram, occurrentem bovem sylvestrem, quorum copia ibi est, iaculavit eo modo, vt ipse æque ac bos, in terram ceciderit, duobus ex suis dentibus evulsis, & oris inferius os ruptum habens: quare diu iacuit in terram Syncope patiens posttratus: taudem convalescens, satisfactum se tenuit, quod Bovem occiderat: sed postea noluit amplius sclopo exire ad iaculandum.

Præcipue opes inter proceres lavanæ, consistit in multitudine militum.

Canne sive fistule cum sagittulis intoxicatis.

Delineatio ad vivum militum Bantam, cum eorum armis, armaturis, & gladijs: Armatura sella sunt ex laminis quadratis, annulis parvis simul concatenatis. In prælio sarissæ utuntur longæ, magnis scutis ex corio: sicuti sen cannis, quibus efflant sagittulas intoxicatas sed raro sclopis utuntur pugionibus flammiformibus, quos Crises nominant, quibus maxime solent, & insimicū invadunt: quare per universam Indiam celeberrimi & audacissimi milites agunt: atque pertinacissimi sunt, subtilis & agilissimi ad superandū, & vt nemini sistant, sic minime fiant.



Effigies Mercatorum in Bantam, cum accedunt Baza & forum magnum, cum eorum vestimentis: qui Mercatorum advenam egregie saluam & decipiunt. Praecipua ipsorum negotia sunt, in Oryza, Annona, & Sale: qua secundum litera emunt vili pretio, & Bantam vendunt, ubi cara sunt, et exterorum multitudine, & naturam locutione versui Malacca: quo singulis annis annona multa vehitur, & cum lucro venditur: quia omnes naues annonam advehentes, Malacca a velligali immunes sunt: quod accidit, quia per se nihil producit, sed candida aigi ex loci adferri debent: ideoque facile fame premi potest.



De Mercatoribus Incolis Bantam, eorum negociatione, anographi & obligationibus.

C A P. 26.

INCOLAE mercatores valde dolosi & fraudulentii sunt, advenisque male fidi, & simulatores, nō quidem Incolae inter se mutuo. Negociantur in omnibus circumstantibus infulis auferentes & adferentes varias merces. Infulis *Macasser* & *Sombaya* Oryzam adferunt Bantam, quae Malaice *Bras* nominatur: valent ibi plerumque tres mensurae, quas *Gedong* nominant, (quarum singulae æquivalent sèquii *Ganta Bantam*) mille *Caxas*, quæ æquivalent 7½ denariis Flandricis: & venditur Bantam per *Gantam*, nempe duz aut tres *Gantam* pro ratione temporis, mille *Caxas*. De his nummis fiet mentio Capite de Sinenfibus, & computū ponemus, prout nos illos enimus. Avehiunt quoque inde in *Malacca*. Ex vrbe *Ballamban*, advehuntur multæ Nuces Indicæ, sive Cocos. Emuntur ibi centum, pro mille *Caxas*, & Bantam octo pro *Sata* vnum, sive 40. pro mille *Caxas*. Advehitur quoque illinc Olei *Cocci* copia in magnis ollis. *Isarian*, *Gerrici*, *Pari*, *Juama*, & locis vicinis, Salis grossi copia adferunt. Plerumque emuntur 800. *Gantas*, 150. mille *Caxas*, & Bantam venduntur tres *Gantas* mille *Caxas*. Idem transfertur in *Sumatram*, nempe *Berros*, *Speriamon*, *Tolombavan*, *Andragiri*, *Tambe*: vbi commutantur *Lacca*, *Pipere albo & nigro*, *Benzoin*, *Gossylio*, *Teshudinis* operimentis, quæ *Tartaruga* nominant, alijque mercibus. Cætera Bantam adferunt, *Iacatra*, *Cranaon*, *Timor*, *Palimban* & *Bandermaehen* & pondere vendunt. Ex prædictis quoque locis mel adferunt magna copia: valet plerumque olla, quæ continet 13. amphoras nostræ mensuræ fere, ter aut quater mille *Caxas*. Saccharū quoque *Sapara* & *Iacatra* advehitur non tamen magna copia, nec albū: simile illi quod vocamus Sac-

Mercatorū
Bantam cō-
ditio.

Eorum ne-
gociatio.

charum

PRIMA PARS NAVIGATIONIS

charum obscurum. *Cranston & Bandermachon* adfertur piscium exicatorum copia. Ferrum adfertur *Kernosta* magna copia, sita in termino Occiduo *Borneo*: & *Resina*, e *Bandermachin* & *Banca*, quæ insula est alta. Metropolis *Banica* dicitur, ubi aqua dulcis habetur in profundo 3. orgiarum Stannum & Plumbum advehitur *Pera* & *Gufelan*, circa oras *Malacca* iuxta *Cuda*. *Goffypium*, & vestes, *Bali*, *Cambaya*, alijsque locis adferuntur: quæ speciatim nominabimus suis nominibus, & quas edunt merces, & desiderant. Mercatores divites plerunque domi manent, sed cum naves aliquæ litus solvere volunt, tunc ijs qui vna navigant pecuniarum fontem dant, ut reddant duplicatam, plus aut minus pro itineris longitudine de qua Autographum tradunt: quod si iter feliciter successerit tunc Creditori satisfit, pro contento Autographi: & si debitor non posset solvere per aliquod infortunium, tunc debet uxorem & filios in pignus tradere, donec debitum sit solutum, nisi navis perierit: tunc Creditor datam pecuniam amittit. Hæc autographa, & cuncta alia scribantur stylo ferreo in arborum frondibus, quas in rotulas formant: sed si libri sunt, duabus ligneis tabulis, cum funiculis sunt egregie ligati. Sincensium quoque in papyro omnis coloris scribunt, quæ subtilis & perputa est: vel etiam in papyro, quam ex arborum interiori corice faciunt. Typographia carent, sed egregie pingunt, idque ordinatim. Characteres tantummodo 20. habent, quibus omnem illorum linguam scribunt. *Malacca* lingua illis familiaris est, nec non characteres, quæ aptissima est lingua, & facillime disci potest: qui illam novit, non solum per totam Indiam, sed in cunctis insulis intelligi potest. Habent & scholas, in quibus Arabica docetur lingua.

Autographi constructum.

Papyrus, & pugillares re-giosus.

Effigies Mercatorum advenarum Civitatis Bantam: vestitus rati, eorumque negotiarum, discernuntur per literas Alphabeti. A. Persa est aut Coraçona; qui Gemmis negotiatur. B. Arabs est, qui maris ex insula in insulam negotiatur, qua in re expertus est. C. Pegulvus est; popululus subtilis, & induratus, omnis mercatura vitium habens, & eandem tractans: Pugnifingulis annis navis Bantam venit ut alias mercis Popere committet.



De Mercatoribus alienigenis habitantibus & negotiantibus Bantam.

CAP. 27.

Perfæ, qui a Iavanis *Ceracane* vocatur, plerunq; sunt Gemmatij, aut Medici: viri sunt egregij, prudētes, & benigni, quibuscū rationabiliter negociari potest advenis sunt additū: & reliquas nationes omnes, ibi negociātes, civilitate superant. Arabes & Pegusij sunt qui maxime mari negotiantur, avehētes & advehētes merces ex vrbe in vrbem, & multas Sinenſium merces ementes, quas mercibus vicinarum inſularum commutant, ac Piperē, quod ſervant in reditum Sinenſium. *Malaiſi Quilini* mercatores ſunt qui pecuniam dant ad vſuram, & itinera, & navium reditus. *Cucarates*, cum pauperes ſint, plerunq; pro nautis vſurū, ſuntque qui pecuniam accipiunt, ad navium reditum: quam ſæpe duplant & triplicant. Veſtiuntur, vt in Icone poteſt conſpici, panno Gofſypino, *Cidarin* in capite geſtantes. Cum *Bantam* veniunt feminam emunt, quæ illis die ac nocte inſervit: domum vero cum rediunt, feminam revēdunt: quod ſi ex illa proles habuerint, illas ſecum ducunt, feminam ibi liberam gellinqunt: tunc eam vendere non poſſunt: quæ deinde alteri matrimonio copulatur, & cum eo familiam alit.

Mercator
adventurum
negociatio.

Delinatio ad vivum Mercatorum adventurum Civitatis Bantam: veſtium forma, quibus utuntur. D. Malaiſus Mercator, qui pecunia negociatur, eam danti ad navium reditum, & itinera ſive peregrinationes. E. Quilini effugies, qui ſimili modo pecunia ſua ſervatur. Emunt quoque Sinenſium merces; quibus reſciſti, utrum vendunt. F. Feminarum, quas bobent effugies, & veſtium forma.



Sinenſis ipſorum negotiaz, & vivendaratio.

CAP 28.

Sinenſium
habitatio.

Sinenſes habitant *Bantam*, in vna vrbs parte, ſoli per ſe; quæ forti vallo, circundatur, & palude munita eſt; in qua pulcherrime vrbs ædes poſſident. Populus in ſua negotiatione maxime induſtrius, & lucranda pecunie avidiſſimus, ſed & ſplendide vivens. Cum primo e Sinarum regione accedunt, feminam emunt, vt de alijs mercatoribus dictum eſt, quæ illis ſervit, donec domum redire volunt, quam tunc reſcunt, abducentes quas procreant proles. Sinenſes qui hic habitant, ſunt qui a Ruſſiis Piper emunt, villas ſijs ſuæteris accedentes, ponderantes primo, vt ſcirent quantum Piperis ſacculus conuinet, dein de offerent, ſecundum quod vident pecuniarum indigo eſſe: ſic Piper congregant in nauium Sinenſium aduentum: tunc eis duos ſaccos vendunt *Catti vnò*, aut 100000. *Caxas*, qui eodem preio 8. ſaccos aut plures emerunt. Harum nauium ſingulis annis 8. aut 10. *Bantam* appellant menſe Ianuario, quarum ſingulæ onera 25. vehere poſſunt, nec plura; quia inferius anguſtæ ſunt ædificatæ, non venticulo: quare maiores apparent. Nummos adferunt qui in *Bantam*, tota lava, & in circuiſuſcientibus inſulis curſum habent: quæ Malaica lingua *Cas*, Iavanica *Pitù* dicuntur: minores ſunt noſtris octonarijs ſuſſeſ; rix per plumbo ſiunt Cupri ſpuma commixto: quare adeo fragiles ſunt, vt decidente ſacſiculo, 8. 10. 12. aut plures rupti inuentiantur: & cum per ſolam noctem in aqua ſalſa macerantur, adeo conglutinantur, vt illorum dimidium ſeparando rumpatur. Nummi iſti in Sinarum regione formantur, in vrbe *Chinchen*, ſita ſub Poli Arctici altitudine 25. graduum: qui anno 1590. primùm adferri ceperunt, & a rege *Hammion* iam regnante formæ fuerunt, eo quod huius Regis prædeceſſor *Wontai* dictus, conſideraſſet *Caxas*, qui a Rege *ſtroyen* formati erant ante 20. annos, multitudine inſulas implerent: qui in Sinarum regione curſum non habent: vbi cuncta particulis argenti emunt & vendunt, quæ *Conduri* (quæ ſunt exigni Phæſeli rubei, ex vno latere maculam nigram habentes, Latine *Abrus diti*) ponderantur. Mercatores Sinenſes tanta copia hos nummulos ex Sinarum regione ſecum ferentes, quod non poterant conſumere, huius viliffimæ monetæ inventores ſunt: vt uſi frangentes petierent. Quod hic Rex conſiderans, adhuc viliores formari curauit. Stramine ſimul inſilantur (qui ſoramen quadrangulum in medio habent) ducenti, qui *Saras* vnum efficiunt, & noſtræ monetæ ſeſquidenario æquivalent: & quinque *Saras* colligati, mille *Caxas* efficiunt, quod Sapoco nominant. Horum nummularum 12. aut 13. mille, vno Regali ex octo emiſſus. Ex primis *Caxas* pauci reperiuunt, qui ſere omnes petierunt, nec in lava amplius curſum habent. Cum primùm hi nummuli ederentur, pro decem mille emebantur ſex ſacci Piperis: ſed nunc cum Sinenſes appellant, tantummodo duo, & raro 2¹/₂ ſacci emuntur pro 100000. *Caxas*, qui nunc curſum habent. Adferunt quoque vna Porcelana, egregia, & viliora: quorum 5. aut 6. catini emi poſſunt, menſe Ianuario, cum primùm appellant, 1000. *Caxas*, ſed alio tempore tantum duo, raro tres. Adferunt quoque ſilum ſericum cuiuſcunq; generis & coloris, & pannos ſericos 14. aut 15. vlnarum, & plures alias merces: qui de his certior eſſe quaerit, legat Caput in quo agitur de Tabernis eorum, quas habent in foro magno, ſive *Baſar*. Diximus ſupra de pondere *Conduri*: nunc ſciendum eſt, quod multi Regales ex 8. Sinam vehuntur, qui ibi curſum non habent, cum nulla ibi ſit Moneta: ſed diſſecantur in particulas, *conduri* ponderatas: quarum 10. *Mas* efficiunt; & 14. *Mas* efficiunt *Tayel* vnum, æquivalent 12. Regalibus ſimplicibus. Omnem quoque Laccam emunt, quæ *Tolombuan* venit, vbi plurimum abundat, quam orbiculis precarijs permutant: ſed ſtius ad verſo ſtuctu navigandum eſt. Similiter & *Anil*, quod Anier in ollis conditur: & Santalum, & Nucis odoratas, Caryophyllos, & *Tartaruga*, quæ Teſtudinis optimenta ſunt, ex quibus in Sinarum regione elegantes ciſulas componunt: Elephantum dentes, ex quibus elegantes ſedes fabricant, quas pluris faciunt quam Argentum: nam in ijs ſeruntur *Mandorini* ſive Proteges. Sunt in operibus ſuis mechanicis adeo ſubtiles, vt omnes nationes ſuperent. *Bantam* plurimum ſe exerceant Sinenſes, vni ardentis diſtillatione ex *Oryza* & Nucibus Indicis, qua in re valde induſtrij ſunt.

Sinenſium Religio & Oeconomia.

CAP 29.

Sinenſes, eni credant vnum Deum eſſe, qui cuncta creauit, tamen Diabolum adorant, quem habent in ipſorum Templo pictum, & delineatum; qui in altum ſedens in loco obſcuro, triplicem coronam in capite gerit, cum facie terribili, habens in manibus & pedibus vngues, & faciem horribilem in ventre. Ante hanc imaginem in genua procumbunt, caput contra terram percutientes: & tunc illi oblationem quam attulerunt, offerunt, nempe fruges aliquas aut fructus, aut alia, & ſuper altare portant, ponentes ante horribilem hanc picturam, redeuntque ad locum, ubi in genua procumbebant & incipiunt capite illi annuere, donec ipſiſ viderant, quod

quod horribilis haec effigies fatiata sit. Tunc catinum & manus domum deferunt, & cum tota familia manducant. Qui cum a nobis interrogarentur, quare Diabolum adorant, & manera offerunt, & non Omnipotentem Deum: respondent non opus esse reconciliari omnipotenti Deo; cum bonus sit, & nemini malum inferat: sed quod oblationem hanc Diabolo offerunt, & ipsum adorant, ut ille, qui malus est spiritus, ipsis nullum inferat malum. Id quod nos experti sumus, est quod nos nobiscum habentes aliquas imagines impressas, & inter alias imaginem extremi iudicii & inferni, quas naturalibus Sinensibus ostendimus, (nam alii adhuc ibi sunt Incolae, qui diu ibi habitaverunt, & Mahumeticam fidem receperunt) & Diabolorum imagines monstravimus, quas digito expauximus: illi videtes adeo exandescunt, quod pro ira pedibus pulsabant tanquam homines sylvestres, dicentes diabolum in supernis esse, qui ob infamiam, qua visi sumus in eius imaginem, nobis multa mala intelligeret. In aedibus suis plerumque occupati sunt, in disponendis mercibus, & ordinandis. Sub vesperam conveniunt in aedibus vnus aut alterius, & aliquando pernoctant tripudiando, ubi & plures veniunt larvati, diversis larvis.

Sinensium
Oeconomia.

In Oeconomia valde mundi & politi sunt, solliciti plurimum ad lucrandum expensas, & nullo labori parcentes: quibus lucra, splendide vivunt, invicem ad convivium invitantes: qua in re hospitalis sunt, & invicem sapius invisentes. Plures habent feminas emptas, quibus utuntur, ut dictum est: & insuper conductitios & emptos servos, quos ad omnes partes mittunt, ad Piper, aliasque merces emendum: quos & alij locant ad aliqua itinera quibus aliquod capitale dant, ut ad eorum commodum quid emant.

Effigies primariorum Mercatorum Sinensium, quomodo incedant; cui adiuncta est effigies feminae quam emerunt, qua in Tavo, quando ibi resident, utuntur. Insuper effigies eius qui a Russis Piper emat in villis, sua statera illud ponderans, & reticula in capite, vestitus veste cerulea obfusa, manibus amplis, & caligis sollicitantibus. Sunt inter ipsos & medici, quos qua visiti incedunt ferre ut Lavam, non appassivens.



PRIMA PARS NAVIGATIONIS

Delinatio Templi aut Sacelli Sinenſium, ubi Diabolum, triplici diademate coronatum, adorant, & ante altum in genua procumbunt, offerentes fruſtus aliquos, ne malum aliquod illis inferat, & proſperitatem concedat; ubique certo tempore capite in terram ſacrum, donec ipſi videant quod fruſtum ſe ſatis verum; tunc iterum ſurgunt, & fruſtus domum reſportant, ſperantes eoſdem benedictus eſſe, & inde cum gaudio manducant.



Lufitani, quomodo in Bantam, & vicinis inſulis negotiantur.

C A P. 30.

Luſitani, vt omnibus notum eſt, ante annos centum negociati ſunt in India: quare omnibus in locis, ubi lucrari poſſunt, ſuas habent arces & propugnacula: nempe *Tidore*, quæ vna ex inſulis Moluccis, ubi Caryophyllorum copia creſcit, & ex reliquis vicinis inſulis aggregantur. *Ambon* & *Ambonys* ſimiliter multi creſcunt Caryophylli, & ſingulis annis iſtinc navigijs avehantur: ſunt tamen Incolæ Luſitanis inimiciſſimi, ſæper cum illis pugnantes. Arcem quoque habent in Inſula *Timor*, ubi colligunt Santalum album, & rubeum: & multis in locis Indiæ venale exponunt; nempe ad Oras *Malabar*, *Negapatan*, *Bengala*, *Cherigan*, *Pegu*, *Martaban*, & *Araçan*: quibus in locis plurimi æſtimantur, & in magno uſu eſt; venditurque magno lucro: nam in *Timor*, fruſtum, emptum pro portione panni lini, valoris duplicis Regalis, dictis in locis venditur 12. & 16. Regalibus. Luſitani quoque *Panarua* habitant, oppidum in termino Orientali lavæ ſitum, & *Bantam*, quibus in locis nullum habent Imperium, ſed ſicut reliqui mercatores negotiantur. Olim arcem habuerūt in Inſula *Ternate*, quæ & vna eſt ex inſulis Moluccis: ſed 20. ſunt anni quod ciecti ſunt a Rege iam regnante; eo quod patrem eius veneno necaverāt: quæquamvis ſæpius tentaverint in eadem Inſula locū occupare aliquē, vt anno 1591. accidit, cū eorū claſſe ad portum venerat, ad occupandū; maluſque maior navis pratoris inprimis avellebatur tormēto, a Tormentario Græco cicalato; eodem anno expeditionem ſuſpenderunt: quia in illis partibus nullæ arbores magnæ, ob magnam ſiccitatem, recuperari poterant, ad conſciendum malum. Sed vt de arcibus illorum pergam loqui, nullas habent alias in inſulis Indiæ Orientalis, ad Orientem freti Malaccani: quas vero habent ad Occidentem freti, prima & Metropolis eſt *Goa*, deinde *Conchin*, *Orimus*, *Diu*, *Damaen*, *Chera*, & aliquas ad oras *Malabar*, & vite.

Quibus in locis Luſitani arces habent.

Cauſa quare Luſitani ciecti fuerunt Ternate.

vltimus in *Zeylaon*, *Columbo*, *Malacca*, *Macao* in regione *Sinarum*, & *Japan*: sed ibi sunt debiles. Sunt tamen omnibus in locis *Indiæ* sparsi, ubi quid luri cadit, vt prædictum est, negociantes a loco in locum biremibus, leuitatis causa. *Bantam* habitans extra urbem iuxta *Sinenfes*, nam neutra harum nationum in vrbe habitare potest. Ipsorum negociatio est ibi comparare omnes *Caryophyllos*, *Nuces odoratas*, *Macrem*, *Santalum*, *Cubebas*, *Macropiper*, aliaque aromata, quæ in insulis *Indiæ Orientalis* reperiuntur, quæ panno lineo, alijsque mercibus herorũ, qui *Malacca* habitant, commutât, ipsis missis in illum finem: nam omnes fere sunt iustiores *Capitanei*, *Episcopi*, & aliorum. Nec *Templum*, nec *facellum* hic habent, sed *Panarum*, vbi multi sunt *Aethiopes Christiani*. *Caligas* follicantes *Indicas* longas gerunt, vt moris in *Persia* erat, & pedibus nudis incedunt, habentes semper seruos aliquos retro euntes, & *Vmbellam* portantes: seruantes gravitatem & magnificentiam.

Locis in quibus *Lusitani* degunt.

Lusitanorum negociatio.

Lusitanorum *Mesticos* aut *Mulatos* in *Java*, & *Bantam* habentium *Arbitratu*, *Moris* & *conditiones* *endo* & *studo*, *vna* *enim* *vestibus* & *armis*: *illorum* *seruos* *ipso* *sequenti*, & *Vmbellam* *portantes* *suprà* *caput* *illorum*, *qua* *à* *Solis* *ardore* *protegentur*: *qui* *horum* *seruorum* *magnum* *habent* *nummum* *ex* *omnibus* *natiuitatibus*, *vt*, *alij* *in* *regiombus* *existunt*: *semper* *aliquem* *habent*, *qui* *linguam* *intelligat*.



PRIMA PARS NAVIGATIONIS

Magni Consilij delineatio, quod Consilium militare nominant, & Bantam plerumque noſt celebratur, cum res graves aliqua ſunt praemaribus, concernentes aut Republica, aut Afſitia negotia, ubi omnes ordine ſedent. A. Gubernator: cum quatuor primarijs, tanquam Generalis Dux. B. Epifcopus cum Senoribus. C. Archibataſum, & Navarcho experti. D. Nobiles neutrales provincia. E. Sani Malacci. F. Turci & Arabi. G. Nobiles adoleſcentes. H. Adminiſtri & ſervi.



Conſilij Magni, quod Conſilium militare vocant, tenendi modus.

C. A. P. 31.

Statutorum
deſcriptio.

Bentam celebrant concilium, concernens tum particularia, tum Reſpub. negotia, publice in area quae *Pateban* dicitur, poſt diei maximū xſum: ubi quilibet comparere poteſt, nec non illi, qui lites forenſes habent, qui perſonaliter debent comparere, & cauſas ſuas met defendere: quare Cauſidici & Patroni ſibi nihil mercedi poſſunt, nec lites forenſes diu durare, ut in hiſce regionibus. Quae vero Republicae negotia concernunt, noctu lucente Luna reſolvuntur & concluduntur, ad quod illos adhuc movet ſuperſtitio antiqua, quae, ut legimus, olim Perſis familiaris fuit. Nam adhuc hodierno die, cum Interlunio Luna prima apparitura eſt, eſta domus, & arbores aſcendunt ut Luna conſpiciant, magnam lætitiā gaudiumque exhibentes. Sicque in Conſilio manent ſedentes donec Luna occaſum peti: tunc ſeparantur, & quilibet domum peti, ubi dormientes ſunt, donec cibus coctus eſt, cum una ex vxoribus aut Concubinīs eorum, ſe exhilarantes. A Meridie ſedent, & audientiam præbent ijs, quibz cauſas ſuas Conſilio (quod nocte ſequēte celebrabitur) proponi volunt. Simul congregantes, iterum omnes ſuper terram ſedent, ut dictum eſt: & in medio duorum, aut quatuor ex primarijs, qui ordine ſedent, ſedet Rex, aut Gubernator, qui alijs cauſas proponit, & conſilium perit, qui & quo modo in eadem cauſa ſit procedendum: & opinionēs ininterrogantur, a Primarijs & maioribus dominis inchoando, ad minorem uſque: & deinde concluditur, id quod conſilium videntur. Et ſi negotia concernit militaria, tunc ciantur omnes Proceres, aut potius niliſum duces, qui numero ſunt 300.: nam omnis populus ſub illis diſcuſus eſt: & ſi expeditio aliqua determinatur, vnus ex 300. ordinatur, cui reliqui omnes obedientiam præſtant.

De Rusticis, Agriculis & Servis Lava.

CAP. 32.

Retro urbem *Bantam* ad *Oras Sunda*, & radicem mōis *Genen Besar*, vbi Piper crescit, bonus habitat populus, qui nuper illuc migravit. Prius enim ad montem *Passarvan* (qui situs est in termino Orientali *Lavae*) habitans, plurimum gravatus a Rege *Passarvan*, consensu Regis *Bantam* sub certis articulis, huc venit commoratum, vbi oppidum fuit adificatum, *Sura* dictum; in quo ipsorum Rex habitat: reliqui vero hac, & illac in plures villas se partiti sunt. Valde pacifice vivunt, agriculturam exercentes. Nihil edunt quod vitam habuit, in eo sequentes legem Pythagoræ, & Brachmanum vitam. Valde sobrii sunt, lauvani omnes eiusdem opinionis olim erant, antequam Alcoran, aut Mahumetica doctrina ibi doceretur. Nunquam matrimonium contrahunt, & Indies plures lavani ipsis se iungunt. Vestuntur papyro alba, ex corticibus interioribus arborum facta, cuius partem capiti circumvolvunt, linteoque magno corpus circumdant: quæ cuncta ipsorum vestimenta; veteram Philosophicam ducunt vitam. Hi Piper, & alios fructus, adferunt *Bentam* venales.

Agricolæ *Lavae*, sunt qui a Rege, & alijs Proceribus agros conducunt, vt in hisce fit regionibus, solventes secundum quod convenerunt, *Oryzae* partem aut *Caxas*. Hi quoque, idem solventes, possunt, si volunt, alio migrare. Et hi dicuntur Regis *Captivi*.

Situs populi
Bantam.Conditio
Incolarum
retro Ban-
tam.

Rusticorum aut Vallicorum delineatio, qui nuper consensu Regis, retro Bantam migrarunt. Ipsorum conditio & vita genus, servanti stricte legem Pythagoricam, quare nihil edunt quod vitam, aut sanguinem habuit. Vxoribus carent, & solitarij morantur per totam vitam. Philosophice more. Ipsorum nutrimentum, sunt Oryza, & herba. Inter se habent Regem, qui in urbe Sura habitat, sic a retro civitate Bantam, in campo stribus. Vestes sunt ex papyraceo panne, ex arborum interiori cortice facta: habent partem eiusdem panni, capiti circumvolutam. Pedibus nudis ambulant.



PRIMA PARS NAVIGATIONIS

*Servorum
conditio in
Bantam.*

Servi Bantam, qui pretio empti sunt, habitant horum aliqui in villis: quæ aliquorum propriæ sunt; ubi custodiunt possessiones herorum, & fruges & fructus colligunt, & domum mittunt: quas quoque aliquando conducit, solventes pro qualibet arbore *Coxas* 1500. aut 2000. *Coxas*, potest curam gerere ne aliquid perdat: nam debet esse solum: eaque de causâ sæpe foras it laboratum pro stipendio, ubi plerumque merentur 800. *Coxas*, & victum singulis diebus, aut coxas mille sine victu. Alij qui heris serviunt, præter victum & amicum nihil habent. Sunt & alij qui 6. diebus pro heris operantur, deinde 6. pro seipfis, & familia, siue sint piscatores, aut alij; qua in re fidi esse debent: nam si deprehendantur quod aliquid ex lucro donatur, aut auferunt, magno subesse supplicio, qui aut alteri venderentur, aut compediibus includerentur. Similiter & feminæ: aliquæ enim sedent in foro, aut *Basar*, & vendunt quascunque merces ut superlucentur aliquam pecuniam, & quotidie certam summam præbent. Aliæ domi textunt, aliæ nent, ita ut omnes occupatæ sint, ut heri victum lucentur. Cum aliquam ex eisdem vendunt, tunc ducitur ex vna in alteram domum: & qui satis offert eam habet, sint 5. *Fardos* (qui valent florenis novem) aut plus: Sunt & aliquæ quæ *Catti* vno, seu qui *Catti*, aut duobus non emuntur, sed hæc non venduntur, sunt: que ex melioribus quas habet servas. Proles, quas servæ pariunt, domino pertinet, æque ac parentes, ut apud nos *Oves* aliæque animalia: & possunt cum eisdem facere quæ volunt, non tamen occidere, sine consensu Regis aut Gubernatoris.


*Servorum
conditio.*

Delineatio tripudy cum virorum, tum mulierum ad fontem aliquarum arundinum, super quas lamilla chalybea posita est, Organi modo, aut Clavecymbali: quibus canit aut rhythmo aliquo utuntur, brachia & pedes extendendo, totumque corpus consequendo, more Canam, qui nidam egrediuntur.



Delineatio

Delineatio pelviam, quos pulsant, omnemque ipsorum Musicam, simili harmonia ludunt, ut in hisce regionibus fit in turribus & campanis: resonantiam optimam dantes, quia ex Cupra fusi sunt. Videntur isdem quoque cum aliquid publicare velint nomine Regis: sicut fecerunt cum primum ibi veneramus: nempe quod omnes poterant nobiscum emendo & vendendo negociari: quare non diu vigorem habuit.



PRIMA PARS NAVIGATIONIS

*Agricultorum & servorum Iovia delinectio ad vivum: Ipsorum labores, velles ex panno Gossypino corpori circumdata, reliqua corporis parte nudi, & aperto capite incedentes. Ipsorum Instrumenta fabrilis, aut ad domos tegendas, diathyra aut sim-
pans fabricanda, quibus parvis expensis adificare & erigere possunt suas ades. Insuper qui excavant & utuntur Limetis, quas
Pataes nominant.*



Delineatio Biremiam, quae Cathurs vocant, quibus belli tempore in mari utuntur, in quibus habent quatuor tormenta parua, Bassen dicta: La plerumque navigantur a principale aliquo dominorum in Bantam & constituntur remiges, aut servi, sub quodam Tabulario, & super tabularium milites suis armis armati. Unicum habent malum, & velum Gossipium, & remas utrobique piceas: quae plerumque edificantur in quodam loco Java, Lallion dicto, idque Turcorum instructione, habitantium Bantam.



Biremes, Triremes, loncas, Paraos, navigia exploratoria, & Scapha Java, & circumstantium locorum, & quibus in locis plerumque adificiantur.

CAP. 33.

BENTIAM habet aliquas Biremes, & vnam Triremen: in quarum usu, nondum indultus sunt: quantum commissuræ ex Solis ardore hiantes factæ sunt, quamvis magnis sub tectis sint positæ. His utuntur in expeditione, aut aliquis urbis, aut loci obsidione: veluti mensibus quinque ante nostrum adventum factum fuit, cum 200. fere velis, nempe Biremibus, navigijs prætorijs, Celocibus, & naviculis actuarijs, ad obsidionem urbis Palimban navigarent: sed lente præparantur & armantur. Delineatio harum biremium hic conspici potest, quæ formam habent nostrarum Triremium, excepto quod in postica parte ambulacrum habent, & quod Remiges & servi in parte inferiori solum sedent, optime inclusi, sub tecto aut tabulato: & super tabularium sunt milites, ut minus impeditæ & liberius pugnare possent. In anteriori parte, quatuor habent parva tormenta, vulgo *Bassen* dicta, & duos malos. Illorum naves prætorix, sive Paraos, ipsis serviunt ad excubias sub insulis ordinandas, & observandum Pyratæ ne sint in mari, aut aliqua impedimenta, idque ipsis significandum: & ad observandum, mercimonia hæc avehantur in soluto vestigali. Hæc tectum habent aut tabularium, ædium modo, sicut & ipsorum deliciarum Phalæli: & nemo potest puppim adire, nisi per hoc tabulatum. Magnum ferunt malum, cum magno epidromo, qui sub & supra habet arundinem longam, ut apud nos est epidromi radius. Velum ex herba contextum est, & *Pantam* plerumque texitur, aut ex arborum frondibus, nempe Gelis aut Arundineis. In prora fœx habent viros, qui, si opus fuerit, remigant: & duos in puppe, qui navem gubernant. Nam duos habent clavos, ad quamlibet partem vnum,

Quales naves habent Bantam.

PRIMA PARS NAVIGATIONIS

quæ non sunt in medio puppis in inferiori parte affixi, sed ad navem funiculis ab utraque parte ligati: huiusmodi clavos habent omnes *lonca*, quæ naves sunt, quibus mari navigant in *Moluccas, Banda, Borneo, Sumatra, & Malacca*. Hæc habent in prora Anrennam, & non nulli cum ea Siparij malum, malum magnum, & Epidromum: & a prora in puppim tabulatû, ædium modo, sub quo sedent liberi ab ardore Solis, a pluvia, & rore. In postica parte Castuâ aut Scenam habent, soli nava rcho *lonca* aut navis propriam: in anteriori parte non gerunt Acarium, sed Sipariu: inferius vero subdividuntur in plures cellulas, in quibus merces reponunt & onerant. Littatur ab utraque parte, ad quæ ostia aut foramina suos focos habet. Non uruntur Chartis Hydrographicis, nam eas non intelligunt: & nuper primum Lusitanorum instructione, Compassus nauticis usum receperunt: norunt hoc tempore nisi 8. ventos nominare, eo quod per integrum annum tantummodo duo principales venti ibi spirant: Nemppe Bortholybicus, quem Zeilaon nominant, qui mense Octobri incipit flare, & perseverat in finem Martij, aut Aprilis initium: & aquarû fluctus tanta vi ad Orientem feruntur, ut nos qui per dies vndecim vela dedimus, ad eandem Insulam, nempe *Le Boek*, vnde partiti eramus, iterum anchoram fundo commisimus. In Aprilis Eurii spirare incipiunt, quos Timor vocant: nam vêtus nomina dant ab insulis, quæ in eodem tractu sitæ sunt, veluti in Gallijs, ventus Notolybicus nominatur, ventus Scotus: & tunc tanta vi aquarû fluctus Occidentem penant, ut Orientem versus navigari nequeat. Cû ad Insulas Moluccas, aut *Bandâ* navigant, cursum in stirum miliare aut sesquimiliare a litore, secundû layæ oram navigantes, ut terram semper agnoscerent: & quia secundû oras profundo maiori & puriori fruuntur, quâ remotius ab oris, aut circum terram navigantes: sicque die validus expectatur vêtus altanus, qui observandus est, & omnibus tensis velis navigandû in vespers, donec sileat vêtus, & veniat a media nocte vêtus regionalis, valide spirans donec Sol Cæciam occupat, & spiret ventus altanus. Nemo clavû gubernat, quâ duo gubernatores: quare semper secundû terram navigant, iterque cognoscunt, & nullis egent Chartis Hydrographi-

Chartis hydrographici non videntur.

Ventus nominatus datur ab insula in eodem tractu sita.

Delineatio navium Insula Java, quæ Insulas appellantur: quibus merces ad circumstantes insulas & terras transvehant, accessu & recessu maris, & Mouçonen ventorum: nam adverso vento obliquare vela neficium. Similis modo, navicula exploratoria, Celoces, & Paraos, quibus ventur secundum litora navigantes, ad transvehendas merces a loco in locum, hic delineantur: & piscatorum cymbæ, quas iam velociter navigant, ut velare videantur: quare a nostris Volantes nomaantur.



cis. Hæ *lonca* sive naves, plerunque fabricantur Bandermachen, quæ vrbis est insulæ *Borneo*: vbi *lonca* onerata mercimonijs quæ inde avehuntur, vt sunt Cera, Oryza, pisces torrefacti & alia, satis vili pretio comparari potest. Fabricant quoque maiores naves, quam sunt *lonca*, quæ acacia gerunt. Biremes quas *Ceburus* nominant, fabricantur plerunque *Lassan*, quæ *Iava* est oppidum, inter *Charakson*, & *Tapara* situm, ubi egregium est lignum navigijs fabricandis aptum. Insulæ Indiæ Orientalis navium ditissimæ sunt: sed omnes sunt parvæ: nam *luocarum* quas vidimus maior, vix 20. onera potest vehere: quæ vero Sinarum regione & Pegu veniunt, vt nobis declaratum est, maiores sunt. Celocium genus habent, adeo veloc, vt vix dici queat: nullis enim in locis similes naves vidi quæ ex vno trunco sunt excavatae, ante sunt acutæ, subius vero rotundæ: & ne evertantur, vtrinque habeant arundinem grossam, a Celoeo distantem: quæ duobus baculis ambæ sunt iunctæ, qui ad proram & puppim Celocijs firmiter ligati sunt: feruntque velum adeo magnum, vt mirum sit, quod vëtorum vi agitate non evertantur, & fundum perant: tamen nullum patiuntur periculum, nam egregij sunt natatores: etiam si alique arundine vtrinque carentes evertantur, tandem natant, donec celox iterum excocta est: tunc rursus dant vela, vt prius, & cursu perficiunt. Cum mare navigant, mulieres scum ducunt, plurimum mirantes, quod pœn longo in itinere nullas nobiscum haberemus: quare mulierem quandam ad classem adduxerunt, quam refox in terram remisimus, ipsi gratias agentes de coeçsa muliere.

Celoces
Ceburima.

Effigies Elephantis in Iava, qui singulis diebus locatur ad laborandum: & Crocodilis effigies in fluvio Iavae viventis: qui a Sinenfibus captus, educatur, & edunt, atque datur pro delicato cibo. Similiter & Testudinis, quæ magna copia conspicitur ad Oras Iavae, & aliarum circumaccientium Insularum. Admiximus effigiem animalculi hystrici similit, quod nobis vendebatur in Insula S. Mariae, & ab incolis in aqua salsa captum fuit.



Certorum
animalium
Iavæ de-
scriptio.

ANimalia quæ insula Iava nutrit, sunt primo Elephantes, qui ibi cicures redduntur, & quibus ad laborandum vnanur, & indies locantur. Incolæ dicunt Rhinoceronis in Iava inveniri, nobisque vendiderunt Rhinoceronis cornu, quod in Rhinoceronis nare crevit, quod, ut fertur, antidotum est adversus Venenum, sicut & quidquid Rhinoceros habet. Plumæ Cervi & Cervæ in Iava reperiuntur, sed ob Iavarum frequentiam vix capi possunt, nisi scelopo interficiantur. Sed cum Iavani scelopos vix nesciant, tanta ibi multiplicatur copia, ut a terræ interiora petentibus, sæpè gregatim conspiciantur. Simili modo Boves silvestres, Bubali & Apri, abundant. Habent quoque Boves hæcænes & Bubalos cicures, quorum lacte fruuntur: & Oves egregias & Capras. In sylvestribus locis varii sunt Cercopitheci & Mustelæ, quibus arbores scærent, & suis gestibus ludicris hominum animos reddeant; in sylvestribus quoque multi & elegantes sunt Pavones, sed nullos habent cicures. Habent & Pstracos, aliasque innumeras aves, ubi & Passerum nullus defectus est: inter alias aves illic vidimus aliquas, capite magno & rostro curvo, & elingues, deglutientes integra poma & Ova, aut aliquid simile; quæ & integra per anum reddeant; qualem Amstelrodamum adveximus. Iavæ fluvij multos alunt Cocodrilos, qui hominem in aquis existentem, audent aggredi, & ad fundum trahere; quare non sine metu fluvij navigantur.

Cocodrili
opimus efica

Hos Cocodrilos capiunt Sineses, quos incassant & cicures reddunt; & tunc nemini nocent: cumque fati crassi videntur, maciant & edunt: dicuntque cibum esse delicatum & excellentem. Ad oras Iavæ, & Insularum

Delineatio avis mirabilis ex insula Iava, advecta, magnitudinis Struthionis, elinguis, exiguæ aut nulli fere alis, sine cauda, pedibus longis, grossis & spissis, quibus omnem eius vim exercet. Quidquid integrum glutire potest, id sine aliqua alteratione aut consumptione, per anum deponit: ut sunt Poma, Ova, Stannum, aliaque. Habet & locusticem Ilyustriam, & cicurum Bubalarum, & Porcum Iavæ; & Chameleonem: & Salamandram Madagascariæ.



Orientalium, plurimæ videntur in aquis testudines, quæ capiuntur & eduntur, quarum caro Vitulinam sapit carnem: quæ si alicui inficío apponeretur, carnem existimaret. Opera Testudinum servantur, quæ Sinenfibus venduntur, & ad Sinarum regionem vehuntur. Habet & lava mures odoratos, quos *Cassori* nominant: sed Zibetho vti non norunt, vt in Guinea, vbi candidius, clarius, & purius est. In insula Madagascar abundant Chamæleontes, quos his animalibus adiunximus: Et in parva insula magni sinus Antongili, Salamandram vidimus super arborem, longam duas spithamas, rostro acuto, oculis magnis, dorso æquali & longo, atque cauda longa: habuitque quantor expansio & acutus vngues; animal quidem visu terribile. Ad litus ipsam portavimus, ubi post longam inspectionem, in aquam misimus, & perdidimus.

Salamandra
super arbo-
rem visã.

In insula S. Mariz duo animalcula emimus, Cuniculi magnitudinẽ habentia, rostro porcino, & grumigentia vt Potci; corpore spinis acutis Erinacei in modum horrente: Pedes quatuor curtos habent: animal malitiosum. Incolæ hæc ceperant in aqua salã, interluente S. Mariz insulam, & aliam parvam insulam. In insula Madagascar multæ Feles parvæ reperiuntur, quæ Tamarindis nutriuntur, & in iisdem arboribus habitant: longæ sunt corpore, rostro acuto, pedibus curtis, & cauda longa variegata. Animalia hæc adiunximus, ad vacuum spacium implendum. lava gallinarum duplex habet genus; quorum alterum nostratibus simile est; alterum Numidicarum & nostratium gallinarum formam commixtam habet: volatile profecto mirabile: atque invicem adeo inimicum quod incolæ sæpius novacula gallorum Calcaribus alligant: & simul pugnare sinunt, donec arborum alter occubuit: vbi sæpe magno contendunt, apponendo magnam summam *Caxæ*, pro premio victoris: reditque domitus Galli victoriosi, cum Gallo occiso, genio indulgens.

Animalcu-
lorum de-
scriptio,
quæ empta
fuerunt in
Insula S.
Mariz.

Delineatio muris odorati, Lusitanis Gatto à Algalia dicitur animal crudele & malignum. Galorum pugna, qui suis novaculis calcaribus adiunctis, tali pugnant ardore, vt non desinant, donec alter occubuit: vbi et sapius magna pecunia contenditur. His additur certum animalculum, capite et rostro vulpino, corpore felino aut marduri, cauda Pardali: quod magna copia frequenter arbori Tamarindorum, quarum fructu nutritur & vivit.



PRIMA PARS NAVIGATIONIS

*De arbore Areccam aut Faulfel gerente: & herba aut folio Betele aut Bette dila: atque Arundinibus man-
gou Manbu, & fructibus Mangas, Annanas, & Samaca.*

C A P. 35.

Arboria
Faulfel de-
scriptio.

Iam vt sermo fiat de fructibus, quos vidimus in Iava & vicinis insulis, incipimus ab arbore, quæ Arabice Faulfel, a Lusitanis, Arequero, Malacca lingua Pinam, nominatur: quæ, vt prædictum, vniuersè Indiar nota est. Hæc in Iava, & alijs Indiæ locis abundat: & ad loca quibus nõ crescit, eius fructus magna copia vehitur, quare magna commercia eũ iisdem tractantur. Palma: effigie crescit, eiusque fructus Daçtylum fere refert, adeo vt sylvestrem Daçtylum dicas. Frondes habet Palmæ, aut Nucis Indicæ, siue Cocos, longas & extensas. Fructus involucri quo putamine clauditur, donec flavescit: tunc aperit se, & cum manescit & flavescit, putamina decidunt, remanentque fructus ramo longo & grosso affixi, scopam referentes, sed fructus alter altero maior est. His fructibus vtuntur omnes Indi, vt cum folio Betele mmanducant, calce addita: suntque huic rei adeo assuesciti, vt illis videatur fieri non posse, vt sine Betele & Arecca vivere possent: quare die noctuque expersescit, semper in ore mandunt, æque mulieres ac viri, dicentes, quod gingivam corroborant, & stomachum confortant, & quod aliter eibus fastidium eis

Betelevius.

generaret: quod vt impediunt, semper post sumptum cibum mandunt Betele cum Areca & Calce mixtum. Betele crescit Pipens, Hederæ aut lupuli modo, aliquas arbores circumvendo ascendens. Nam firmiter habet debilia & tenuia, fronde hederacea, sed viridi diluiores, quarum vsus magna parit commercia inter Indos: & ad cuncta viarum compita semper habes mulieres plures Betele & Areca vendentes. Foris Sundæ fretum est insula, quæ agnoscitur per duos montes excelsos, qui in tota Baniam regione ad occidentem conspiciuntur, dicta *Pulo Seveffi*, quæ Betele abundat sponte crescenti: quam Iavani Paraos plenas colligunt, & inde avehunt: qui cum nudis sint, difficulter carpere possunt: quia Betele inter vtriusque crescit: sed post triduum sanos se reperiunt. Iuxta eandem alia est Insula, in qua mons altus, *Pulo Vessi* dictus: vbi egrogia & clara aqua recuperanda est: & iuxta eandem Insula rubra & arida, quæ a longe ex ruffa & arida facie cognosci potest, existens ex puro Sulphure. Iam vt ad herbas redeat sermo, sciendum est quod Procere seu Principes, quocunque eant, aut sedent, semper famulos habent citulas cum Betele gerentes, in quibus habent Betele Areccam, & pixydulam cum calce viva, & forcipe ad frangendam Areccam: quæ matura aut vetus existens, durefcit, sed viridis, minime: & tunc stupefcit, mebrinat, & syncopen facit. Cum hanc edunt, & mandunt, primum succum expuunt, qui rubens est, vt sanguis male sanus secundum deglutit. Maior civilitas qua invicem afficere possunt, est in vicem offerre de sua Betele, & participare facere. Cum mare navigat, passillos ex eadem faciunt herbis, vt herbarum loco vnanur. Iava multas producit arundines grossas, quas *Manbu* nominant, ex quibus domos fabricant, omnemque fere fabricam. De his arundinibus scriptum reperitur, quod *Tabaxir* in ipsis crescat, quod in Persia magni æstimatur: estque humor albus, veluti

Insula Pulo
Seveffi.

Pulo Vessi.

Manbu.

Tabaxir in
arundine
Manbu
crescit.
Mangas.

medulla alicuius arundinis: at non comperit illud, quamvis Iavano sæpius ea de re interrogaverim. Habet quoque Iava fructum *Mangas* dictum: optimus est fructus, in arboribus crescentis ut Iuglans extensus; paucas frondes habens. Mangas ex ramis pendentes, sunt fructus oblongi, nonnihil incurvati, forma semilunari, flavi, virescentes, nonnihil quæ rubefcunt, intus omnino flavi, fibrosi, nucleo magno, & optimi saporis. Mensis octobris, Novembri & Decembri maturi sunt, & copiosi. Virides sale condiuntur, Allio & Zingibere viridi: tunc albi sunt, & Olivarum loco eduntur, sed minus amari, & paulo acidores, quare & delicatiores: vocantur *Mangas d' Achar*. Annanas egregius est fructus, putare elegantiores in venire non posse: humilis crescit in acuta expansa herba, folio sempervivi Hispanici, primo virescit, maturefcens flavescit quodam cum robore, incisuris Pini Conum refert: intus flavus & seissure mollis: egregium edit odorem, vino superfolio editur: sed nimius eius causat febres, quæ nomine male sanus. Sapore refert Persicum maturum, succo abundat, & stomachum valde refrigerat, succo habet adeo acidum, vt culter quo *Annanas* dissectus est, si per noctem maneat non absterfus, sequenti die a succo adeo excelsus erit, vt vix agnosci queat. *Annanas* quoque Saccharo condiuntur. Fructus hic folia glomerata habet duo vel plura, quæ plantata, alios edunt fructus, & si diebus 14. non plantata mansissent. Primum a Lusitanis ex Nova Hispania & Brasilia in Indiam allata fuit hæc planta, ubi magna abundat copia.

Annanas.

Samaca.

Habet & Iava fructum, quem Samaca nominant, qui magnitudine Citrium malum æmulatur, colore viridi subrubicante, sapore acido, succosus est, intus habens semina nigra: & frondes Citri frondibus similes, sed rotundiores: sapor eius suavissimus. Saccharo obditur, & vitur Tamarindorum more, ad omnes inflammationes & febres ardentes. Conservatur quoque Aceto aut Muria, vt Piper, & Allium, Mangas & Zingiber, ad corroboracionem stomachi confert, & fluxui ventris & Dyfcnteriz, &c.

Icones

Iones arboris, Malaice Pinan, Lusitanice Arceguero dicitur, qua Arcecam fert, cum frondibus & fructibus & herba & frondium Betele, crescentis hedera modis. Insuper magna & grossa Arundinis Manibu dicitur. Habet quoque fructum fragrantem Ananas, cum sua stirpe & frondibus. Præterea fructum a Lavani Samaca dicitur, qui crescit ad Oras Sunda, iuncti habens acinos nigros, Soco aut Mura conditur, & conservatur.



De Herbis & fructibus Iava.

C A P. 36.

Tamarindus abundat Iava-fructus sunt crescentes in magnis & expansis arboribus, Pimpinellæ folijs, sed paulo longioribus: flores primum rubescunt, Perficis floribus aut Amygdali æmulis: qui post albescunt viticulis longis nonnullis, qui ab interiori parte foras exeunt, quibus fructus adherent, Fabis nostris magnis non assimililes, sed ante & retro rotundiores paulo. Occidente Sole, frondes fructum circumvolvunt, ut a frigore defendant: Oriente vero Sole, iterum evolvunt. Fructus primo virefcit; manus, cinereus est, quadam cum rubedine, intus cellulas ligneas habens: in quibus medulla spadicea, acidiuscula, astringens, in qua tres aut quatuor Parvæ fabæ compressæ, spadicæ: sponte in campestribus bis in anno sine cultu proveniunt. A Pharmacopæis vtuntur ad febres ardentes, oppilationes, Ictericis inflammationes. Sale condiuntur, & in Europam vehuntur. In parte Borolybica insulæ *Madagascar* abundant, fructusque magnos & egregios edunt bis in anno, qui Incolarum præcipuum sunt nutrimentum. In eadem insula *Quille* vocantur, & in Iava, *Sunda assa*. Condiuntur quoque Saccharo aut Melle, ad conservandum, & transferendum.

In Iava fructus est *Duriam* dicitur, in arboribus altis crescentes, ut apud nos poma. Fructus excellens, sed non affueticis, primo satidiosus, ob eius odorem, qui Cepæ tostæ, aut putridæ odori assimilatur: magnitudine Connm Pini æmulatur, vndique spirituosus ut Castanea, sed cuspides habet grossiores & quadratas: intus vero plerumque tres cellulas habet & in singulis tres nucleos, Cepæ æmulos & singuli suos acinos habent: estimatur melior, sanior & saporosior totius Indiæ fructus. Hunc habent ingenti copia insulæ *Baly* & *Malacca*, sed servari non possit: quam

K

primum

PRIMA PARS NAVIGATIONIS

Arboris
Lancor de-
scriptio.

primam crepat, celeridus est. Profert quoque lava arborem, *Lancor* dictam, cuius folijs Papyri loco vtuntur: estque species *Cocci*, aut Nucis Indicæ: & folia magnitudinem habent stature hominis, aut maiorem, veluti Palmarum ramli qui Hierosolyma a peregrinis adferuntur: & adeo levia aut plana, vt stylo scite in eis scribere liceat, sicuti olim apud Romanos & Græcos in vsu erat. Vnde Adagium, Egregium habet stylum.

Ex his folijs, aut Papyro, libros compingunt æqualis longitudinis, inter duas tenues tabellas lignæ. *Quil* & si aliud Papyri genus habeant, ex arborum interiori cortice factum, illo solummodo vruntur, vt nos Charta Emporetica.

Cubebe.

Cubebe in Iava, ad Oras Sundæ crescunt, vbi *Conciambi* & *Cumae* appellantur, & Malaice *Cuba Chini*, quarum succus, aut Baruth, nempe lib. 36. ad summum valet sex aut septem mille Casas: magni vsus est ad confortationem stomachi; sponte crescit in campestribus, & arboribus, nostris Pomiferis æmulis, Botri modo: sed quodlibet granum suo pediculo adheret. Incola coquunt priusquam in alias emittant regiones, ne alibi crescat.

Mangostan.

Mangostan optimus est fructus, crescens vt Pruna sylvestria, & similis altitudinis fruice. Plurimos fructus huiusmodi habet lava, sapore acidiusculo & grato.

Talasse.

Profert quoque lava, ibi plurimum in vsu, Herbam *Talasse* dicta, Malaice *Lalade*: cuius flos aut fructus nunquam visus fuit: hæc vtuntur tantummodo in ciborum apparatu, varijs modis: edunt quoque vindem aut non coctam, præsumentes quod veneris vsum augeat.

Quido Pi-
per Mar-
rescit.

Piper crescit in Insula *Iava* magna copia: maiorefcit mensibus Septembris, & Octobris: Novembri & Decembri vero colligitur, & *Bantam* adfertur: vbi lavanica lingua *Sahang*, Malaice autem *Lada* nominatur. Aceto conditur cum alijs fructibus, & *Achar* fit ex eo. Sed cum alibi latius de eo locuti simus, non videtur necessarium latius quid docere.

Effigies Tamarindis in Iava, Assa dißij arboris quoque & florum, e quibus nascuntur. Item fructus gratissimi saporis Duracion, & eius arboris. Insuper arboris Lancor sive Papyri, Præterea Cubebe aut Coaciambi, Lusitanis Pimenta de Requet & fructus Mangostans; & herba Talasse in Iava, Malace Lalade, dißilæ: & Piperis nigri rotundi: quod sæpe Aceto aut Muria conditur.



De alijs fructibus.

CAP. 37.

IN Iava insula fructus crescit magnitudine longi Peponis, quem Iaca nominant. Hi fructus crescunt in ipso arboris trunco, & nō in ramis. Foris viridis est plurimis acutis spinulis; intus aurei coloris, multa habens ossicula, qui rosti, esu graui, & alvi fluxum altringunt; viscosus est, fibrosus, & duræ digestionis.

Insula Baly fructum habet Pyri magnitudine, cortice aspero sive squamoso, intus album; atringentē, nucleum innus habentem. Saepè duo nascuntur in vno involucre: in altis crescit arboribus, consuetim Boudi modo, tanta multitudine, vt mirum sit, quod rami non dissipeantur. Conservatur coctus in melle, aut muria.

In parva insula S. Maris, fructus crescit in arboribus excelsis sine ramis, vt *Palmitēs*, in arboris trunco. Foris est vt *Annanas*, aurei coloris, ossicula habens Pomorum Punicorum: intus est prædulcis, residuum durum & inutile. Egregij huc quoque crescit *Myrobalani*, *Arctea duchi*, coloris rubei obfcuri, magho innus nucleo aut ossiculo, in ore guttando Piperis acredine. Fructus sunt rotundi vt *Melones*; in altis crescunt arboribus, cortice duro & ligneo præditi, intus habent viscosas exiguas & compressas fabas: alvum laxant. Est & alius Pyri nostratis æmulus, foris cinereus, viscosus vt prædictus.

In eadem Insula, fructus est in campestribus crescens sicuti Poma nostratia, aurei coloris, Ossiculis Mespili:

In ingressu frei, ad Oras *Sumatra* & *Pulo Carcata*, crescit copia tâta *Cassia Fistula*, aut *Solitaria* in sylvis, vt naves onerari possent: non tamen colligitur, crescit in arboribus altis & expansis, pendet vt longæ vinodes aut cineritiæ candelæ: matura vero Pulli coloris, vt huc adfertur.

Item fructus Iacca, magnitudine Melopeponis, ex arboris trunco nascens. Præterea fructus copiose crescentis in Insula Baly, magnitudine Pomi: qui inferius est rotundus, superius angustior, cute aut cortice aspera, quare a nobis histrix appellatur. Matura aut Saccharo conservatur, in bonum nutrimentum navigantium. In arboribus altis crescit horti modo. His additur bonus & suavis fructus Palmitum, cuiusque arbor: similiter magni Myrobalani, Arctea duchi, crescentes in Insula S. Maris, colore rubeo obfcuro, intus habent nucleum ossiculatum.



PRIMA PARS NAVIGATIONIS

Imago arboru dictæ Cancellæ do mato: quæ magna copia crescit in sylvis Javae. Præterea Cassia fistula, quæ abundantius crescit ad ingressum strati Sundæ, in Palo Carcata, in excelso & expansis arboribus, primo viridi cortice, deinde rubeo fusco. Insuper fructus Cassia Puli, in Sunda, magnitudine Cerasi, Albi, Rubri, & Rubicundi; fructus pergrati.



Cancellæ syl-
vestris.

Cassia, sive Cancellæ sylvestris in Java crescit, ad Oras Sundæ, cuius cortex tenuior, præstantior est; reliqua quæ grossior, in sipida, & lignea: nec in quantitate aliqua est, tamen vilis pretij: emittitur enim non pondere, sed cumulo aliquo. Malaice, *Casumanus* nominatur.

Carcapuli.

Alius adhuc est fructus *Carcapuli* dictus acidiusculi saporis, magnitudine Cerasi, crescens in arbore nostrati *Cerafo* non ab simili, & Ossicula habet. Fructus sunt aut albi, aut rubri, aut rubicundi; est pergrati.

De Cassia Indica, Calamo, Zerumbeth, Macropipere, & Pepemelone.

C A P. 38.

Cassia In-
dica.

Costus indicus in Sunda reperitur, *Pucbo* appellatur, & *Malaccam* vehitur: foris griseus est, intus albus; crassitudine digiti: Oderatur. Sineses emunt, & ad Sinarum regionem mittunt.

Calamus Sundæ, & vicinarum insularum inquilinus, Malaice, *Drimyus* dicitur, Sineses emunt, & in Sinarum regionem mittunt.

Macropipere

Macropiper in Java nascitur, nempe *Panaratan* & *Bantem*, magna copia. *Sunda*, *Chiohe* vocatur: immaturum, viride est: maturum, magnum & rubrum: siccum, nigrum & parvum. Proceres Bantum, Piperis loco truntur: sed vili pretio venditur.

zerumbeth

Zerumbeth in Sunda crescit: Malaice & Iavanice *Canior* nominatur: Zingiberi assimilatur, sed folio longiori & latiori. Radix scinditur & ficatur, & Saccharo conlitur, Zingibere melior & efficacior est.

Galanga.

Galanga *Sunda* & *Baly* in quilla, & ab incolis *Lancus* vocatur: altitudine duorum cubitorum, folijs & floribus Acori.

In *Sunda*, *Madagafcar*, & pluribus Indiæ locis, reperitur *Crocus Indicus*, aut *Crocus*, Lusitanis *Saffran de Terra dicitur*, eo quod incolæ in cibis Croci loco vniunt: Malaice, *Cambet*; eo viridi existente, eius acrimonia gustari non potest, ob eius nimiam humiditatem: sed cum sicco est, acrimonia habet, non tantam, ramentum ac Zingiber: ut alio in loco latius diximus.

Fagara lava inquilina: fructus est, magnitudine Cubebe aut Piperis caudati, tenuissimum habens corticem: *Tagara*. nui involucri nascitur granum singulum. Confert debili stomacho, & pectoris obstructioni, & fluxioni alvi: exsiccat & calefacit, ut Cubebe.

Gummi *Taccamaca* reperimus in parvula insula Sinus *Maggi*, ex arbore excelâ, folijs longis & angustis. Fructus, *Taccamaca* magnitudine Pruni. Gummi album est, odoratum, & pretiosum.

Lacca Bentam venalis est: adferretur ex *Tolambou* in *Sumatra*, ubi magna a mucis aliquibus copia In arborum magnarum ramis coacervatur, diciturque *Cain Lacca*: venditur *Pice*, quod Sinarum pondus est centum Librarum.

In *Lava* nascuntur magni & egregij *Meloeponis* aquæ: fructus sunt pergrati, colore viridi obscuro, iuuus albi, magnitudine longi *Peponis*: qui ab incolis, pro singulari donis vicissim dantur & apponuntur, ob magnam quam habent refrigerationem: Fructus hie per vniuersam Indiã *Beticæ* dicitur.

Benzoin abundat *Bares* & *Speriamon lava*, duo loci insula *Sumatra*: tractumque habent Orientalem & Occidẽ. *Bentoin*. ralem cum insula *Banca*, diciturque *Mignan* aut *Comignan*. Album venditur pondere nummularum *lava*, aut *Cassia*, pondere æquali: nigri triplum ponderis *Cassia* datur. Est & species dicta *Benzoin Amendoado*, compressum libi modo ex Amygdalis tuis, quod optimum est. Vile colligitur *Palinban Sumatra*.

Bentam reperitur *Camphor*, quod *Casur* nominant, ubi adferretur *Bares* in pastillos albos redactum. Adferretur quoque ex *Borneo*, *Bandarmanchen*, & *Lava*, magnitudine feminis *Milij*, aut *Ovorum* fornicatarum, quod longe optimum. A Sincensibus emittitur, & in Sinarum regionem vehitur, & pondere *Casi* dicto, venditur.

Item *Costi Indici*, Malaice *Puchou*: *Triaroma* est optimi odoris: & *Calami Aromatici*. Malaice, *Diring* no dicitur: qui & in *Sunda* crescit. *Mali* eropperi in *Java* crescentis, ubi *Omabe* appellatur. *Proceras* etiam videntur Piperis loco, dicitur saluberrimæ esse quam *Piper* vniuersum: item *Zernobeth* quod Malaice & *Tavance Camor* vocatur: ubi excucatur & in Sinarum regionem mittitur.



PRIMA PARS NAVIGATIONIS

Efficit Galange medera, que in Java & Sunda nascitur, altitudine duorum cubiterum, dicitur que Lancuas. Cerei aut Curuma, Malice, Cumbet dicitur, cuius color ruber sum est & frangitur. Fagara crescit in Sunda, vi Cubobe in volucre sicca. Arbor & fructus Gummi Tacca maca. Latic Malacca Copalaca Billa Barros & Tolobavan inquina.



- Santalum.** In fylvis lavæ crescit lignum Santali, rubeum & citrinum: sed album quod pluris æstimatur, ibi adfertur ex *Timor* & *Solor*, duabus insulis parvis ad Orientem lavæ sitis: & quanto arbor est grossior, tanto canior. Crescit quoque in Java, Santali albi parum; quod mox odore privatur. In his insulis *Caxa* non habent cursum, sed Sinenfium merces cupiunt. Crescit & *Laccua*: ad Australem partem navigans, in venicres optimum: nam Indi, ob ventos validos, & fluctus, non audent eo navigare, quamvis Australis terminus, fopulis mundos habeat sinus: & venditur *Bantam Pico*.
- Zingiber.** Zingiber magna copia crescit in Java, sed nullum ibi exicant: tantummodo Saccharo condirunt, aut in ciborū apparatu eo vniunt. Copiosa quoque est in Sinu Antogillybi *Sagruviro* nominantur: Malacca *Alisa*, Iavanica *Gāsi* in sportis viride & recens in foro venditur.
- Anacardus.** Anacardus in Sunda provēbit, Cordis formam habens, colore rubco, non habens collum longum, vt ille qui in Malabar crescit. Lusitanis *Fova de Malaca* dicitur, eo quod fabæ assimilatur.
- Podi.** Podi farina est, aut pollem: vniunt eo ad flatu frigidos expellendos.
- Pao de Cobra.** In Sunda quoque crescit lignum aut radix, a Lusitanis *Pao de Cobra* dicta: antidotum contra omne venenum: sive ex Colubronum mortu, sive inuis sumptum sit: valde amarum est.
- Floers.** Floers reperitur Bantam, nominantur *Caxamba*. In cibus eo vniunt, atque ad tingēdum vestes Gossypinas. Plurimum adfertur ex insulis *Mocasser*, *Baly*, & *Cambava*; que omnes, egregios habent portus. Bantam venditur *Caxa*, mille *Caxa*; nempe uncia: viginti.
- Gaja Api.** Producit Sunda sequēna quoque Aromata, herbas & femina: que hic brevi sermone declarabimus. Primo *Casa* App lignum in ore vrens: contundunt minuite, & eo corpus vngunt. Vili emitur pretio.
- Caxior.** Caxior fructus, Terra glandi similis: copiose quoque in Guinea crescit: & vili emitur pretio, *Samparantion*, radix est efficax & amara: in Sunda abundat, & parvo emitur.

Pontion, Malacca venit, sed provenit in *Cheromandel*: carum est: valet enim pondus *Cake*, ter mille *Cassar*: Febribus adferatur.

Cao Gamber, fructus est *Olivæ*, aut *Arææ* viridi non absumills: crescit in *Comblis* & *Cheromandel*, & *Sunda*: vili emittitur, & dolores dentium sanat.

Gami radix est *Zingiberis* ætula: e *Sinarum* regione adfertur: magno venditur: *Indi* ea corpus vngunt. *Sahang Tute*, aut *Piper album*, *Piperi* nigro v. nibus æquale est, sed minus grossum, non rugosum, in mbdicam est vitur. Provenit tantummodo certis in locis *Malebar*, *Malacca*, *Samatra* & *Sunda*, & parva quantitate.

Safani, *Sinapi* est: quod copiosum, & vilissimæ pretij est, *Sundæ*. *Doringi*, copiosissime ibi crescit, & vilissimo emittur pretio: vruntur in potione, quam infantibus recens natis administrant.

Galam, medicamentum valde refrigerans: radix est in aquis nascens: & in *Java*, parvo emittur. *Tianca*, Fructus est, quem, cum male se habent, contundunt, & cum potione mixtum bibunt. Copiose ibi provenit.

Madiam maju, *Corassani*, advehitur ibi ex oppido *Arbem* sub in Boreali parte *Insulæ* *Samatraz*, & eo vruntur ad inebriandum.

Spodium fit in *Sunda*, quo extrinsecus solam vituntur ad vngendum corpus: comburitur ex quadam arbore, & emittur vili pretio. Habetur quoque in quadam provincia *Perlix*, *Chirmas* dicta: vbi optimum crescit: *Cymimû*, *Malacca* *lentarietas* dictum: quod per *Ormuz*, & *Achem*, *Bantam* vehitur: quare carius venditur per parvas *Gambai*. Plurimum sumitur cum *madiam maju*, *Daan Tujo*, aut *Heptaphyllo*, cuius folia omnibus morbis conducunt qui lincinationes aut fluxus habent cum ingenti dolore: quibus morbis plurimum sunt obnoxii, quia nudi incedunt: & parvo emittur.

Especies Sycomori, *Insula Mayo* indigena, sicum sylvestrem amat, cuius fructus carum & semina carum. *Præterea* *Sempervivum*, aut *Alvear*, maris & semina, ex quo fit *Alet* in *Insula Socoteta*, *Insuper* *Arborum Quilco*, in vrbe & hortis *Procerum* crescentis.



PRIMA PARS NAVIGATIONIS

- In Insula *Mala* (quæ vna est vitiduum Insularum, sita sub Poli Arctici elevatione 15. graduum) vidimus pluri-
Sycomorus mas arbores ab invicem separatas, Sycomoro non absimiles, folijs fici arboris, sed paulo minoribus. Fructus fico sim-
 ilis, citrinus & parvus, seminibus aut granulis carens. Caudex, rami, cortices, fructus, succo lacteo gaudent: &
 foliorum acuitate fici folia æmulantur cuius fructus nunquam perfectam maturitatem adæquatur. Fructifera &
 fecunda est arbor, nam semper multo fructu prædita est. Arbor hæc ex semine nõ provenit, nam fructus semine
 caret: sed eius talex terræ inferuntur, vt Mori talex: cuius folia magnitudine æquat.
- Azevar seu Sempervivum.** Ad Promontorium Boaz Spei, in sinu vulgo *Agua de Sambra*, ingenti copia, immo integros campos inve-
 nimus, *Azevar*, sive Sempervivi, magnitudine vini staturam æmulantis: ita vta longe conspicientes, putavimus terræ
 Incolas esse. Herba est, ex qua in Insula Sacotera fit Aloe, quod Sacoterinũ dicitur: ab Insularum, qui omnes agri-
 colæ sunt: nam in tota insula, nullum est oppidum. Signa eius quibus cognoscitur est, vt sit pinguis, sine
 fecibus, arena, aut lapillis, rufum splendens, & obscure citrinum, non porosum velut lecur, compactũ, fusionis fa-
 cillis, sapore amaro, Scorbuto conficit: Fel purgat, & siægma, stomacho villis.
- Sary.** *Sary*, pollen aut farina est, qua corpus vngunt, ipsum defendens ab omni malo situ.
- Tagary.** *Tagary*, radix est, crescit in *Nanpan* aut *Sulmor* ad Oras *Sumatra*, ea vntur in corporum lavacris.
- Sarahon.** *Sarahon* quoque villi precio emittur.
- Sedowaya.** *Sedowaya* in lava crescit, & parvo emittur, vntur ad corporis vñctionem.
- Sumbaia.** *Sumbaia Malai*, ex Sinarum regione advehitur, vbi *Grindus* vocatur: valde carum est: magnitudine glandis, &
 tanz recuperatilis. Vntur ad corporis vñctiones: multis conficit rebus, præsertim veneno, & moribus veneno-
 sis animalium perniciosorum.
- Ialave.** Ialave, fructus est arboris, magnitudine glandis: ægris in potionibus datur: eius ibi magna est copia, & parvo
 emittur.
- Paravas.** *Paravas*, herba est refrigerantis facultatis: valde cara est, & inflammationi medetur.
- Tomoopota.** *Tomon pute*, radix est Galangæ aut *Carcuma* similis, sed alba est: eius vsus in vñctionibus corporis: Epatis in-
 fiammationi medetur, refrigerando. Herba saluberrima.
- Quellor.** Sunda fruscum profert, folijs Tamâr-Idi, sapore amaro: fructus eius Phaseli similis, sed duplo longior: *Quil-
 lur* vocatur. In cibarijs vntur, & sanitatem arguit.
- Cooduri.** Phaseli species in *Sunda* nascitur, & in Madagascar, atque in Sinarum regione, *Abrus* nomine, Malaice *Conduri*,
 Iavanice *Saga*: pulcri & parvi sunt Phaseli, maculam nigram habentes in altero latere: ponderis loco tantummodo
 vntur. Amari sunt, & ab aliquibus venenosi æstimantur.
- In freto *Sunda*, ad *Pulo Cercata*, nuces cresunt forma & magnitudine Gallæ, primo gustu Avellanam referunt
 deinde tanta angustia hominem afficiunt, vt morivideatur. Ego Nucem Indicam existimo, quàm toxicum dicunt.
 Idque nobis experientia comperitum est, nam si nostris non iuocurrissemus, magnum viuz periculum subsistit.
- Lignum Aloes.** Xylo Aloes invenitur circa *Malacca*, *Sumatra*, *Cembaia*, & *Siam*: Optimum *Calambar* Lusitanice *Pao Degula* no-
 minatur: ponderosum esse debet, habens fuscas & nigras venas, & ad ignem detentum multam pinguedinem
 emittere debet: gratum habet odorem astringens est, & amaritudine efficaciam habet: quanto maius ac grossius,
 tanto pretiosius æstimatur: mansum, gratum facit halitũ, & stomacho infrigidato medetur: ipsumque corroborat.
Gerro Malaice, aut *Aquila bravo* Lusitanice, est lignum Aloes recens natum: non tam carum, nec efficax est: in-
 venitur in locis prædictis, & in lava.

Quid accidit cum loncas exoneravimus: & navigatio nostra versus flumen
 Tanjonlave.

C A P. 39.

Anno 1796.
 3. Novemb.

Cum ab vrbe navigarem retro teras Insulas, ad exonerandum *loncas*: proprietarios sive dominos *Tanjarũ*
 certiores fecimus, vt classem appellerent, & numeros reciperent: qui nunquam responsum dederunt. Bi-
 duum spacio inactas reliquimus, sperantes alicuius dominorum adventum. Nos vero considerantes, quod
 nullum obtineremus responsum, ipsas exoneravimus, vt dictum est.

Incolarum
 apparatus
 vt nos op-
 primerent.

Incole apparatus fecerunt magnum, vt nos invaderent, incitantibus præsertim Lusitanis, qui auxilium præ-
 stare voluerunt, & in illum finem Imperatorem vocaverant, ad expeditionem complendam: vir enim erat mi-
 litaris, strenuus & intrepidus, ad æquum egregium aggrediendum. Hic cum sex aut septem Cymbis erat luxta
Pulo dua 350. viris armatis, paratus ad pugnam: dicens se vrbem ingredi non posse, & inimicũ vrbis *Bantam* fe-
 declarans, nobisque significans quod nosser esse amicus syncerus: in signum cuius, nobis Capram dono misit,
 nostrum auxilium requirens contra incolas *Bantam*. Die 2. Novembris diu *loncam* in mari persequerantur, qua
 tandem vi potius sunt: *Bantam* id videntes, duas loncas emiserunt, quæ nosũ longe in mare excurrerant, & in
 aurora *Bantam* navigare simulabant, vt quemadmodum prædie, nostræ Celoces eas persequerentur, & longe extra
 Tormentorum iactum se darent: vt ipsa suis biremibus iter possent interceptare, & nostros opprimere: nam in il-
 lum

lum finem paratas habebant plures biremes sub insulis *Pulo daa*, sed Dei providentia, Celoces nostras non emisit, nos fraudem mercentes.

Imperator secundo *Paras* misit, ad classem donaria aliqua adferentem, saluum conductum petens; quod illi concessum fuit.

Tertio Novembris appulit *Paras* navem Mauritium, in qua quatuor aut quinque Sinenfes fuerunt: fultique hospitis frater qui solutionem requirebat: nec nemo illi fidere volebat. Sed dominos aut Capitaneos hincuram volebant, qui, ut asseruit, Proregis mandato capii erant: illos accusans, quod nobiscum convenerant. Annonarum & cibariis classem appulerunt, his libenter literas dedissemus ad Proregem: qui fe excusantes, dicebant sine Proregis consensu, & notitia, classem appulisse, ideoque non audere literas deferre. Et indicaverunt nobis magnam belli apparatus factum, & classium *Paras* & biremium iam fere paratam, arque deliberatum quis illorum classem, aut navem talem invaderet: quare ab insula recessimus, ne a parte postica ab improvise opprimeremur, & inimicum melius conspiciere liceret venientem, & illi resistere.

Die quarto, Imperator dictus, cum licentia classium appulit, requirens ut altera ex *Lonca* illi daretur, cum illis uti nollemus. Cui responsum fuit si dominus *Lonca* veniret, traderetur & restitueretur illi, vna cum munant mercium quae in ea inventae fuerunt: qui si non venerint, tunc esset ad suum mandatum: existimo tamen ipsum metis venisse ad explorandum, quam ut *Lonca* haberet. Narravimus illi ea quae praeterita erant in nostro primo adventu, quodque nobis significatum fuit, illam eo venisse, ut nos opprimeret & proderet. Ille vero respondit, esse illis odio, si fieri potuit ut sic eius detraherent honori & fama: sed eorum nihil esse, & quod talibus fidem non adhiberemus. Indies nos accerferent nonnulli *Guzarans* & *Abyssini*, sed occulte. Imperator rediens die quinto huius mensis, adduxit omnia necessaria ad avchendas *loncas*, at illi iterum responsum fuit, ut prius. Nobis iterum significavit de classe *Bantam*, ut brevi nos invaderet.

Die 6. Legati & Naucleri congregati fuerunt, ut de navigatione deliberarent, cum nulla nobis amplius negotio *Bantam* expectanda esset: quare deliberarunt ut primum navigarent ad flumen *Taminiava*, ad aequidum: & tunc concluderent, an insulas *Moluccas* peteremus, aut in partem rediremus, quod Naucleri plurimum urgebat: allegantes plures rationes delectus: sed Legati urgebant iter ad insulas, ex quo tempus & *Moluccas* pro foribus esset. Hoc die aliqui nobis indicarunt, *Bantanos* paratos esse postero die nos classe sua aggredi, in qua multi nobiles & vrbis capita essent, ut suos in pugnam ducerent. Praeterea quod *loncas* praeditas in mare miserunt, ut nostris telocibus eas persequeremur, & tunc nos opprimerent. Nos equidem id intellegentes, & considerantes quod nec lucro, nec honori nobis cedere possent, etiam si multos ex ipsis occideremus: immo contra aliquos ex nostro parvo numero amittite possemus, qui nobis summe necessarii erant: vesperi levatis anchoris, primo noctis quadrante, vela dedimus versus flumen *Taminiava*, ad Orientem *Bantam* distant miliaria octo, quod ab *Aethiops* *Guzarato*, postero die offensum fuit, ad Occiduum angulum Sinus *lacarta*, retro certas insulas anchorarumque posuimus ad Phoenicem ostij eiusdem fluminis, in gurgite 10. orgyiarum, & fundo argilloso. Reperimus hic terram *Java* maxime extendi ad Orientem & Occidentem, quae terra erat humilis & plana, multis alveis, ad quos plures villae & fluvij sunt, sed ut plurimum pulvis & vadis, impediti: ut sunt *Panlian* & *Tambora*, populi frequentia & *Paradi* gaudentes, navigantes, *lacarta* & *Oris* vicinis, versus *Bantam*. Terram versus sine sunt quinque exiguae insulae habitatae, similiter versus mare: inter quae omnes navigari portusque pluribus egregijs hortis, *Javanicis* fructibus repletis, ornatae sunt, & polite reguntur. Sub istidem insulis magna piscium est copia: quare maior pars piscatorum *Bantam*, eo piscatum navigant. Fundus scopulosus & vadoius.

Die 8. Novembris, Celoces nostras viris multivivinus, & *Boldis* gubernatore fluvium petivimus, ut eandem nobis ostenderet, ut & fecissivivus erat magnus & profundus, sed ad eius Ostium pulvis erat. Illic inventimus focos aliquos, ubi aliqui piscatores ignem struxerant & petnocharant, eo quod piscium copia aderat: Vidimus quoque vestigia, sed neminem percepimus, non obstante quod miliaria vno in fluminis ascensu villa magna sit sita, sub dominio regis *lacarta*. Postero die *Siaen*ses quidam, *Parao*, nos appulerunt, inter quos Hospitis affinis erat. Hi amphoras aquae ardentis adferbant, quam *lacarta* nobis emorunt, iterumque *lacartam* redire voluerunt ad comparandum refocillationes, nobisque indicarunt quod *lacarta lonca* onerata erat: nucibus myrsiticis, quae brevi ex insula *Banda* appulerat: sed suspicabamur, illud hoc dixisse ut se vindicaret ob amissionem ambarum praeditarum *loncarum*, quae ut illi visum fuit, non solverentur: idque praesertim quod Indies magna copia *Paras* *Bantam* viris munita navigabant versus *lacartam*, quod hacin regione inconfectum erat: immo *Javani* meri admirabantur.

Die 11. Novembris, *Parao Bantam* venerunt ad explorandum, & nostram deliberationem inquirendam, sub praetextu, quod vasa *Porcellana*, & cibaria aliqua haberent venalis: nobis persuadentes quod *Lusitani* emissent *loncas* atque naves odoratas, & quod eas coacti fuissent solvere: quodque nonnulli *Lusitani* sclopis petierint, inter quos naviculari *navarchus* idus *Tormenti* perisset, quod falsum erat. Frater hospitis naves navem *Hollandiam* appulit, dicens *loncas* cum nucibus myrsiticis, adhuc esse ad ostium fluvij non longe a *lacarta*: & ut ea de re plura sciret, ministros suos *lacartam* iterato misit: sub praetextu emendi plura cibaria.

Die 12. Novembris Consilium nauticum congregatum fuit, & deliberatum navigare in *Sandam* *Calapat* aut

Imperator
Salvicon-
ductum pe-
dit.

Imperator
dilectus ap-
pellat.

Mosis fili-
mus de ad-
ventu *Ban-
tanorum*.

Die 8. No-
vembris
Celoces ap-
parat.

Bantoriani
explorandi
ratio.

PRIMA PARS NAVIGATIONIS

lacatram, ad explorandam quidnam esset de locis Nucum Myristicarum, & an possent obtineri, ipsas solvendo, prout decebat, vt deinde pro tempore exigentia nos gubernaremus: sicut postero die, quam primum ferri sedicant cū annona, nostra sipara exēdimus, & lacatram navigavimus, a tribus insulis, quæ ante flumē sitæ erant, ad mare cursum dirigentes, eo quod aliter pulvisum, qui ad Libanotum est, terram versus se extendit. *Lacatram* navigando, cursum fecimus ad Notapelloem, sepius cursum nostrum mutantes, vt insulas vitaremus. Sub vespem ante urbem *Lacatram* venimus, ubi Polus Antarcticus elevatur grad. 3. 40. scilicet, quæ primo *Sunda Calapa* dicta erat, ob abundantiam Cocos, aut Nucum Indicarum, quæ Malice Calapa dictæ sunt: anchoramque profundo commisitimus 7. orgyiarum, semimiliari ab urbe, & fundo argilloso: eratque terra humilis & plana, ventricosa, & multis insulis munita, easque de causa nodū difficilis ad internavigandum. Vidimus *lancom* quam dixerant, ad ostium fluvij, multasque Paros adnavigantes, & abeuntes, ac si eandem exonerasset, & *Bancom* navigasset: sed nihil nisi fraus erat. Nam fluvius Paros implebatur viris manibus: vt si nostris velocibus eandem adnavigassemus, ipsi in itinere nostros oppressissent.

Quid Sabandar abundat.

Die 14. Novembris mane, multæ *Paros* ex urbe nos appulerunt cum cibarijs, nec non vrbis Sabandar, nobis offerens, si quid opus haberemus, ex urbe ea de re nobis provideret: & si quenquam in terram mittere vellemus, offerebat se obidem in eius reditum: quare vna cum hospitibus affine alios viros in terram missimus, vt intelligerent aliquæ specierum quantitas ibi haberi posset. *Sabandar*, vir valde civilis, & optime Lusitanicum loquens linguam, cum ipsis civitatem adnavigabat, ubi nostri in ventum habitacionem domorum 3000. fere, quam perlit egregius fluvius: & oppidum vallo circumdatum erat, sed inoolæ fere omnes terræ interiora perierunt. Sabandar nostros in suis arboribus opante excepit, qui vesperi redierunt ad classem, multa oneratione præcepta apparentia quam *Sabandar* & alij promissitum Regi, qui ulterius in provincia erat, nostram significavit adventum. Quod magis egregium in hac est urbe, fluvius est, qui vterius in provinciam, vt dictum est, fontem aut originem habet, & quod terra aquis, & varijs cibarijs, & fructibus abundat, quoniam die postero magna copia ab incolis adferrebat, quæ amicissime ab ipsis comparavimus.

Est navem Hollandiam vocat, & vultus.

Die 16. Novembris Rex appulsi navem Hollandiam, comitans multis Proceribus & Nobilibus, cui, postquam navem viderat, donum aliquod datum fuit, cuius maximas nobis in recessu egit gratias, nobis vicissim offerens omne auxilium, omnem que favorem, si quid nobis opus esset.

Die 17. Consilium nauticum congregatum fuit, & deliberavit navigare versus Orientalem lavæ terminum, vbi nullum potuimus obtinere lucrum. Quare die postero anchoras levavimus, cursum ad fretum dirigentes, secundum ortas *lava*, Orientem versus. Eodem die, post navigationis horam, navis Amstelrodamum, in vadum impedit, distans miliaria duo fere *lacatra*, inter ventum & aquam, quod videri non potest, nisi quis in eo sit: nam non æstuat, vnde navis læsi fuit aquam hauriens. Celocero nostram eo missimus, quæ remorum vi, eam abduxit: Adventante vespere, anchoram eiecimus (quia periculosum est ibi nodū navigare) in gurgite sex orgyiarum, & fundo argilloso, circa 6. miliaria a *lacatra*, etiamque ante *Cyatram*, villa in qua multi piscatores habitant, ob ingentem piscium abundantiam, quæ in ostio est magni fluvij, ad quem villa hæc sita est, qui tribus ostijs in mare se exonerat. Secquenti die anchoras levavimus duabus horis ante diem, & velis extensis, cursum fecimus secundum *Oram*: sic die currendo absque aliquibus certis signis, ad descendendum in terram, vbi terra vt plurimum ventricosa est, adeo vt ægre recti tractus percipi possunt, eo quod ubique sit terra humilis, in diem 21. Novembris, & donec terram altam *Charaban* agnovimus: in qua duo montes excelssi, iacent propinqui, valle Intermedia: semper vespere anchoras solventes prope terram in fundo argilloso, & diverso profundo, conspicientes navigare iuxta terram Paros diversis. Die 22. huius *lancom* occurrimus, quam navis Amstelrodamum, & Pinassa persecuti sunt, sed eam convenire non poterant: quare cursum nostrum persequentes, die 26. huius mensis tempestas valde exorta est, quæ navi Hollandiæ Siparam abtulit. Die 27. multos piscatores conspeximus qui ex mari litus petebant, & nobis dixerunt nos iuxta *leparum* esse. Collegium sepius congregatum fuit, vt resolvī posset de propositione: nam Legati insulas Moluccas petere volebant, ad tentandum si aliquam negociationem ibi habere possent: quæ aberant fere 200. miliaria ad Orientem: habentes ventum & fluctum faventes. Naucleri volebant expeccare ad *Sumatraz* insulam, certas *lancom*, quæ *Bancom* navigaverant pro *Pipere*, quam deinde *Sincinibus* venderent, sed frustra.

Nostris locum persuecuar.

Insula Kyriman lacra.

Die 24. Novembris, iuxta insulam venimus, vnde piscatorum copia mare petebat: qui nobis indicant, ut ad Austrum insulæ navigaremus: quare suspicatus sumus habitacionis locum ibi fuisse. Hæc insula continebat montes excellos, & terram humilem ante insulam, arboribus optime confitam. Hic Polus Antarcticus elevatur 6. gradibus: est *Kyriman lacra*, non longe a terra firma distans: & anchoram commisitimus gurgiti 10. orgyiarum, & fundo argilloso, semimiliari a terra, ad partem Occidentalem. Iterum collegium congregatum fuit, sed pro veteri more, nihil actum.

Delinatio, quomodo Savani Cidayo Brandon, & Surabaya appulerunt navem Amstelredamam, & preditaria modo operari putabant, occidendo Nautarchum, Nauticum, & decem claustrarios: qui post a reliquis, foras persequendo, & nave pulsi fuerant, cum interuentione 150 virorum, quos amiserant in hostiorum vindictam. Præsertim terra mensura hic habet adnotatam terra faciem, eo t. mari navigandi.



Clavis ad anchoram posita in portu Cidayo, & preditio Regis Cidayo ad Brandon.

C A P. 40.

ERantes magno labore & molestia secundum oras, absque vlla finali deliberatione, die 2. Decembris cursum inlitimus litora versus, quo multos conspeximus piscatores navigare, qui nobis dixerunt, terram esse supra *Tubann*. Oram adhibuimus diligentiam ad superandum angulum, qui ante nos exibat. Terra hic se extendit ad *Ypeurum*, & *Melocorum*, estque montosa & cognoscibilis terra; in qua mons excelsus, apprensus ab Occidente venientibus versus Orientem, in forma *Galeri*. In vertice eiusdem arbor est reliquis omnibus eminentior: & ad Occidentem eiusdem excelsi montis, apparet magnus sinus, fluuius fere signilis. Navigavimus ad *Caxiam*, seculimiliari a litore, vento Boreali, aut altano æqualiter flante: & nostrum persequentes cursum, alium vidimus extantem angulum, & oram ventricotam, quo quoque plures piscatores. navigare conspeximus, & *Ioucas* quosdam ad anchoram positas: quare nos ibi anchoram eiecimus in guttate 10. orgyiarum, & fundo ceruleo lutofo: vbi mox orta est tempestas, adeo vt anchoræ firmari non poterant, sed continuo penetrarunt. Terra incolæ videntes naves ad anchoram positas, *Paras* miserunt nos alloqui: qui ob tempestatem appulerunt navem *Amstelredamum*, quia litori proximior erat, nobis gratulantes adventu, & lætos se exhibentes ob nostrum adventu, requiretes vt ibi maneremus in diem posteru: aromata enim habebant, quæ nobis videri volebat, nèpe *Garyophylos*, & *Maccæ*, & *Nuces Myrticas*: quæ a suis *Ioucis* advehæ erant. Nostræ *Celocæ* eo misimus, vt certiores essemus quidnam ibi dictu esset: quæ rediēs nobis iā dicta declaravit: quare deliberavimus ibi pernoctare: sed cū anchora nostra perfringeret, cogebamur vela facere, reliquas naves monedo de nostro recessu. Sed cum navis

Terra tra-
ctus.

Paras Inco-
le naves
appellunt.

L 3 Hollandia

PRIMA PARS NAVIGATIONIS

Hollandia nos sequi putabar, pulsæ fuerunt naves ad alterutrum alvum, & Pinasse magnus stylus cum Corbe ab alto decidit: & altera navis non sine damno evadens, coacti fuerunt iterum anchoram demittere, & nos circumlatione tormenti, damni passî certiores reddere: quo non obstante altum petivimus contractis velis, hac nocte obliquantes, ad alterum diem consequendum.

Die 3. Decembris, rursus versus terram navigavimus, vt iuxta reliquas naves anchoram eiceremus, & intellexerimus quid boni adesset. Terra hæc montosa est, & per tres longos, & planos montes cognoscibilis, tres noctuales mensas referens, Lusitanice *Asmas Tubaan* dictas, Malacca vero *Bata Gillingsh*. Sub vesperam reliquas accessimus naves, & ibi anchoram posuimus: ex quibus accipimus diversas *Paras* appulsiæ, adherentes refocilliantia, & cibariorum donarium. Præterea incolas dixisse adesse 3. *Ioncas* cum Caryophyllis & Nucibus odoratis, a Navarchis nobis venales oblatas. Sed vt ea de re securiores essent, virum cum Guzarato in terram miserunt, retinendo tres obfides, vt ipsi inquirerent an aliquod oneris obtineri posset. Hic quatuor erant vrbes in vicinia vicinæ, quarum Occidentalior erat *Tubaan*, & *Cidaya*, *Brandson*, & vltima *Subroya*, vt minima, & magis Orientalis. A meridie noster cum Guzarato, navem rursus appulsi: qui referebat Regem magnifice equo insidentem ibi se monstrasse, stipatus 30. fere equitibus: qui armati erant longis hastis, & reliqui pedestres armai Macharis evaginatis: quodque illis egregium Caryophyllorum specimen ostensum fuit, cuius incolæ primo mentionem fecerant. Tunc quoque donata fuit avis Eeme, quam nobiscum adveximus.

Hic equo insidentem, se obstrudocommutatus aliquot equitibus.

Duos in terram miserunt, qui hauriant concupiscunt

Die 4. Decembris multæ *Paras* appulerunt classem, & inter alios Lusitanus renegarus, qui iam septennio ibi habitaverat, vt ait, sed nos suspicabamur a Lusitanis missum fuisse, vt procuraret ea quæ postea accidit. Hic nobis obtruli Bolidis Gubernatores, qui ad Moluccas Insulas nos deduceret. Dixit quoque se missum fuisse a Rege *Tubaan*, vt nobis felicem operaret adventum: qui & obfidem se obtulit donec omni rei necessitate provideremus: quare iterum duos in terram misimus, qui duos equos ibi paratos inveniebant, vt ad Regem equitarent. Lella dictum, quos nostri, recularunt & pedestres Regem accesserunt qui eos humanissime excepit, ac dixit se die postero ad classem venturum, nobis offerens quales obfides vellemus, vt libere in terram descendere possemus. Deinde nostris, prout conjicere poterant, ostensa fuerunt circa 26. onera Caryophyllorum, quas venalia offerrebant, & omni humanitate nobiscum tractare: tunc nostri licentiam obtinuerat, classem repetierunt. Postero die omnem apparatus fecimus, vt Regem magno honore exciperemus, qui, vt dictum est, classè appelleret: quare cuncta a plusta vento commisimus, & naves disposuimus. Incolæ in litore stantes, videntes aplustra ventilare, timuerunt: eaque de causa *Paras* ad classem miserunt, in erogantes quare a plusta vento commisitissent, cum amice nobiscum tractarent, & *Bentanonum* inimici essent: vbi a plusta vento commisitimus, cum vrbes oppugnaremus tormentis, aut excursionibus faceremus. Cui responsum fuit id fieri in Regis honorem, eoque accepto, ad terram remigantur. Lusitanus iterum navem Mauritaniam appulsi, & petiit merces aliquas videre, nempe pectorale armatura, & pñum rubrum: quod, vt simulabat, emere voluit Regis nomine: & in illum finem requisivit eadem posse secum in terram deferre, quod illi negatū fuit, iterumque terram advnavigavit. Interim vidimus duas *Ioncas* iuxta litus, quæ postea vela fecerunt versus mare, & deinde redierunt, vt eas nostris Celocibus persequeremur, & naves vias perveniremus, vt facilius eas opprimerent, quod proposuerant. Brevis post sex *Paras* magnæ, in forma biremium, viris munitæ, classem advnavigarunt, quarum tres navem Amstelrodamum accesserunt, reliquæ tres Pinassam petierunt. Qui navem Amstelrodamum appulerant, adferebant duo animalia, similes ea velle donare: sed navem ascendentes, pugiones (quos *Cris* nominant) eduxerunt, & primos occurrentes perfoderunt. *Saban* dicitur qui ductor erat, Legatum, Nauclerum, & duos alios lethaleri vulneravit: vt & fere omnes facere, qui in navis suspensorie parte erant: quo quod ab improviso oppressi erant, inermes: reliqui qui sub tabulato erant se defendebant, & verubus, hastis, & macharis tam fortiter pugnabant, vt multos occiderint, & auri finem transierunt ascendere, vbi catapultas petras eijciete locū evasuarunt, & lavanos navi expulerunt. Ad navem *Paras* erat, in qua multæ erant vulnæratæ, & tormento ex ferro fuso ad fundum pulsa fuit. Tres *paras* quoque Pinassam petierunt, cum fidentes quod sui et navi pellicerent, non auri sumi Pinassam aggredi, sed remigando navem Amstelrodamum præternavigarunt. Nos qui in reliquis navibus tormentorum circumlationes audivimus, animadvertentes difficultatem esse, cum lavanos videremus & navi tanta celeritate saltare, nostras Celoces ingressi sumus, & *Paras* persecuti: quarum vnam remigando attigimus, quam sclopis fortiter adorti sumus: deinde macharis salutati sumus, non solum qui in ea erant, sed & omnes quos invenimus natantes, ex nave Amstelrodamo delapsos, ira vt pauci evaderent. Qui in litore erant videntes suos tam atrociter tractatos, 13. *Paras* magnis populo munitis nos advnavigarunt. Quod qui in navibus erant animadvertentes, tormentis adeo saluaverunt, vt coacti erant terram repetere: non vero lassî existentes, aliquos captivos fecimus, & navem Amstelrodamum remigando advnavigavimus vbi miserabile spectaculum vidimus: nam primo ascensu multos occisos vidimus, tam ex nostris, quam ex alijs, quodque magis miserandum erat, fuit mors pueri 10. vel 11. annorum, Naucleri cognati: quem inhumani lavani plus 13. vulneribus post mortem perfoderunt: quod tantum exciravit in nobis dolorem, quod captivos perfodere iussimus. Hi nobis retulerunt quod nos insequuti essent: ab vrbe *Bantam*, & quod *Iacatram* venissent, vt *Ionca*, Nucibus Myrsinibus onerata, nos deciperent: & infine *Saparum* venerant, vbi nos expectabant, & eo elapsi aliquot diebus venerant, a Rege certiores facti de nostro adventu. Præterea quod ambe *Ionca*, quas matutino tempore

Quo modo navem Amstelrodamum cogitabat opprimere & aliquos nostrorum occiderat.

Aliquæ Paras a nostris persecute, quarum vna ex pugnata fuit.

tempore ad littora vidimus, ibi posite essent ut nos allicerent, & in itinere intercluderent. Ex omnibus his periculis liberavit nos Omnipotens Deus: qui in nostra prudentia adeo excrecati eramus, quod nulla nobis inesset suspitio: & vere ob nostra delicta, Dominus Deus permisit nos sic castigari. Iavanorum occubuerunt circiter 150., & ex nostris 12., & 4. vulnerati erant, qui postea curati fuerunt. Totum hunc diem tenuimus, eijciendo in mare occisos, & Iavani mortuos suos piscando, qui tormento aliquando salutati fuerunt.

Occisorum numerus.

Classis sub Madura venit, & sistit versus Pulo le Bock: & quid acciderit.

C A P. 41.

Considerantes occisionem, quae ibi acciderat, quae negotiationi cum Iavanis finem imposuit: & quod nos non potuimus aliter nos vindicare (quamvis urbem egregijs muris lapideis & propugnaculis munitam conspiceremus) ob parvas vires, & nostrorum exiguum numerum, & quia tormentis urbem oppugnando, haves nostras nimium debilitavimus, anchoras levavimus, & vento regionali nocte vela dedimus, navem Amstelrodamum viris manendo: cursumque fecimus ad Insulam *Maduram*, & navium itationem, quae in parte *Oonidia* sita est, ubi praeipuum est insulae oppidulum, & *Cheriffa* habitaculum. Anchora profundo commisitimus, ergyrium, & fando arenoso conchis permixto. Mox nos ibi appulerunt duae *Paraes*, sed navei conscendere non audebant, nobis offequentes nomine magistratus omnem favorem, qui omni humanitate nobiscum tractare cupiebat, requirentes ut in navium statione diebus aliquot manere vellemus, mitterent nobis refrescolesiones. Novant quae nobis ad *Ciday* acciderant, qui multas *Paraes* habent hinc inde navigantes, per quas moniti erant de nostro adventu. Postero die, postquam innumeros piscatores vidimus altum petere, *Paraes* classem appulit, in qua 28. viri erant, qui nobis dixerunt se habere aromata nonnulla, quae collegerant ex nave quadam, quae anno elapso ibi in pulvino perierat: quae nobis vendere offerebant: quae die moere nuxg fuerunt. Nam cum alios interrogarem, nihil de his aromatis sciebat: at his nihil obstantibus *Dynastae* donata fuerunt duo specula. Vidimus per fretum, quod insula *Madura* format cum *Lava*, adolescentem ad Occidentem navigare, & alteram *Maduram* versus. Die 8. Decembris, interim quod occupati eramus in venditione mobilium mortuorum, vidimus tres *Paraes* *Madura* venire, in quarum prima, *Interpres* & *minister* *Cheriffae* erat, qui interrogati venerunt an *Rex* & *Cheriffa* possent appellere classim adferentes *Capras* aliquas, *Oryzam* & adolescentes venales. Concessum illis fuit: sed quia a vulneratis ad *Cyday* difficultas aliqua ora esset, illis dictum fuit ut navem *Mauritium* appellerent, & non istam navem; quo cum responso recessit, vi *Regi* & *Cheriffae* indicaret, qui in reliquis *Paraes* adnavigabant, recta petentes navem *Amstelrodamum*, sive *Interpres* referre neglexerit, sive malo ingedio id fecerint: vnde 13. viris versus navem *Mauritium* remigando navigavimus. Una *Paraes*, quae *Biremis* erat, habens tabulatum, in quo duo ordinis virosum sedebant omnino pleni & elevati; quare qui in navi *Amstelrodamo* erant expavesci, praecedentis horrore memores, cogitabant sibi providere, & tria tormenta in biremes ciacularunt, quorum unum laterna oneratum fuit, qua *Biremis* omnino disparata erat, & fere omnes viri, aut occisi, aut vulnerati: nos moniti ciaculatione navis *Amstelrodamum*, *Celocibus* nostris adnavigavimus, quia sarissas aliquas crectas habebant, & clypeos ostenderunt. Accedentes, illi qui adhuc sani erant se defenderunt; quare illos invasimus. Et postquam in ipso ardore oppressi essent, reliquos omnes captivos fecimus, nempe 21., inter quos & mulier erat. In biremi invenimus occisum *Cheriffam*, & *Regem*, qui ad eingulum habuit bullam ex auro factam, & 5. gemmis ornatam: quae illi ablata fuit: ipse vero & *Cheriffa*, qui brachia amiserat, in mare deiciti fuerunt. Postquam captivi ad navem deduci essent, & vulneratorum vulnera ligata, examinari fuerunt: quorum aliqui ferebantur, si viam vidissent, quod navim obruissent: sin autem, aliquid emissent: Inter captivos *Regis* filius erat, odentis fere, elegantis corpore & membris: & adeo ingenio praeditus & discretus, ut omnes ipsam admirabamur. Puer hic pro suis omnibus oraba: ut eos liberos dimitteremus, quod factum fuit: & postquam aliquid conderunt, *Paraes* praeparata fuit, & 19. in terram missi fuerunt: relictis tantummodo duos adolescentes in navi *Hollandia*, ad ministerium ciuitatem. Erat hic populus adeo pertinax & robustus, sicut & *Ciday* populus, ut impossibile dicas: nam erit hasta aut gladio persolvi essent, corde existente illaso, vgebant gladium aut hastam arripentes, ut inimicum, si fieri poterat, occiderent: & quamvis in aquis essent, se defendebant suis pugionibus adeo fortiter, quod nostrorum audacissimos occidissent, nisi diuti fuissent. Factum hoc nos iterum non duce fecit dare vela die 9. huius, vidimusque adhuc manere terram. Consilium nauticum rursus congregatum fuit, ad deliberandum, an naves idoneae erant: ad navigandum versus insulas *Banda*, *Amboyna*, aut *Moluccas*, vel non: praeterea an vnam ex navibus dereliquerent, nec ne: sed convenire non poterant: quare & in posternum diem dilatum fuit, quo iterum Consilium congregaretur: ubi Legati, alijs rebus occupati, adesse non poterant: sed pro responso dixerunt, si *Naucelis* visum esset, vltimus non navigare, quod tormentum ciacularentur, & ad terram valde altam, quae nobis ad *Caciam* erat, cursum dingerent, sicut *Subfolano*. Legati hoc die manserunt in navi *Amstelrodamo*.

Navis perlo ad Insulam Maduram.

Quomodo de nostris advenit ad monitu fuerunt.

Requiri ex Classim appellere.


Biremes disparatae de viri omnes fere occisi aut vulnerati.

Mortui in biremi inventi, qui

Populi huius pertinax.

PRIMA PARS NAVIGATIONIS

Ad Berrholybicum. Ad Circium. Ad Boream. Ad Aquilonem. Ad Berrhaptisiam. Ad Trapanonem.



Insula dicta *le Bock*, cuius hac facies, cum sub ea ad anchoram effisemus, ad latus Australe, die 12. Decembris 1598. quo sub dominio est Regis Iaparae, qui anno 1593. ibi Coloniam duxit. Erant in eadem viri incolae fere 100. Fanum erat supra angulam Orientalem, arboribus Cocis plantatum, ubi praecipui habitabant. Praeter Gallinas & Bubalos nihil habuerunt quae ferat. A. Ad Libonotum huius anguli, paluinus apparens est, & ex aquis emineus, duos iulis tormenti ex ferro fusi distans a terra. Ad orientem terra huius insulam percipimus dodrantis miliarium capacem.

Die 11. Decembris terram versus navigavimus, anchoramque commisimus gurgitis 15. & 18. orgyiarum, & fundo argilloso, ad insulam lactis occidentum. Legati libellum remonstracionis exhibuerunt, vt his praeteritis diebus determinatum fuit: quem Naucleri non admittent. In litore vidimus viros 22. ambulantes, inter quos Dynastus erat. Cervum habebant, quem venalem offerebant, sed nemo nostrum ante posterum diem terram advenavit: tunc ego terram scapha appuli, quae nominata erat, *Le Bock*: quo ex mandato Regis Iaparae, ante tres annos, sub cuius erat dominio, Colonia deducta fuit, sub imperio Equitis aut viri nobilissimi, quae terra Indies melioratur per agriculturam, quam incolae exercent. Oryzae, Gallinarum, & Armentorum gaudebat copia; sicut & Cervorum, & volatilium. Plurimum & desiderata Ferrum & Plumbum. Incolas sex alioquebamur, qui nobis dixerunt vt meridie reverteremur, adferrent ex omnibus quae habebant; quare ad classem reversi sumus. Bolide fundum tentavimus iuxta terram & scopulum, & profundum invenimus 11. orgyiarum, & inde ad classem plerumque 13. orgyiarum. Circa meridiem Celocem nostram in terram misimus, ubi incolae nos expectabant; & ab illis emimus Gallinas & fructus aliquos. Appulit classem *Paras* cum fructibus quibusdam, & indicavit Dynastam istius Insulae ad litus venisse, qui nos conventos volebat: sed cum aut tempestuosa esset, eo die nihil actum fuit, sed in posterum diem dilatatum: quo multa in litore adferret: quare die 13. litus adnavigavimus; sed quia dies Veneris esset, & illorum Sabbathum, parum obtinere potuimus. A Meridie Legati exhibuerunt praeter praedictum, alium libellum supplicem: sed Naucleri nulla scripta recipere voluerunt: quare a Legatis verbaliter requisitum fuit a Naucleris, vt Legatis concedere vellent navem Hollandiam, & Pinassiam, vt cum voluntatis ad Moluccas insulas navigare possent: quod quoque negatum fuit: & quod navis Amstelrodamum derelinqueretur, omniaque eius armamenta navi Mauntio traderentur, sicque domum reverterentur. Dominis Curatoribus nostri itineris rationem reddiri: sed nihil profuit; nam Naucleri naves nolebant separari: & nummos ex navi Amstelrodamo levare vobuerunt, metuentes ne aliqui alio vellent navigare: quod & negatum fuit: respondentes, quod velle adde volebant, & ad Occidentem patriam versus navigare: quod a mendie fecerunt vento insulano spirante. Ad Libonotum anguli eiusdem Insulae, vadum erat aquis emineus & siccum, ab ea miliare fere distans. Distat haec insula circiter 12. aut 13. miliaria, terra: & sereno caelo lucere videntur duo montes in insula *Leva* sitis, suspicor esse montes excellos *Passarvan*. Habet haec insula duas alias parvas Insulas adiacentes.

Die 14. Decembris, elevatis velis, non longe ab Insula existentes, ob adversantem ventum & fluctum, & noctis malaciam, multos conspeximus piscatores. Nos vero cursum persequentes ad Occidentem, sperabamus in itinere securam navium stationem invenire, ubi navem vnam derelinquere possemus, qui nimis debiles eramus defectu virorum, ad per mare dudendum has quatuor naves: existentes solummodo 94. viri simul computatis agris, claudis, & invalidis. Praeterea navis Amstelrodamum, valde debilitata erat & aquam atrahens, ex appulsione vadi ad *facturam*: nam linguis diei quadrantibus fennandi erant bis mille tractus fere: sub qua spe navigantes in 25. Decembris diem, eandem insulam nobis ad Caxiam, iterum sitam conspeximus: Vnde plurimum mirabamur: quam primo intuitu insulam *Chrimaon* *tao* existimavimus, ex quo his duodecim diebus omnem adhibuissimus diligentiam, vt ad Occidentem pergeremus: sed venti Occidentales ac Berrholybici, qui illic a mense Octobri in Marium spirant, nee non aquarum fluctus, qui tunc violenter ad Orientem fluunt: nos retineverunt: quare iterum ad partem in insula Orientalem, anchoram demisimus in gurgite 27. orgyiarum, & fundo arenoso: quae insula hoc modo nobis apparuit.

Ad Otri.

Terrae Ex-
caudicae.

Peritio Le-
gationum.

Ad Occidentem.



Ad Orientem.

Hec est delineatio Insulae Le Boek delia, sub Poli Antartici altitudine 6 grad. 10. Scrup.: qua primum fuit habitata anno 1593. de mandata Regis Lapara, qui ex Ispariensium coloniam misit, sub conductu viri nobilitate Turani, qui ab eo investitus est acceptis, & in fructum tenet.



Ab hoc vado, in hanc parvulam insulam, & a parvula insula, ad insulam Le Boek, vado sum & scopulosum est: quare ad Austrum rursus est navigandum: nam nave Mauris ad scopulos navigavimus. In hoc vado comperit est Compasum mauris declinare ad Borrolybicum gradus 2. scrup. 25.


Eodem die Nauderus Ioannes Molitor subitanea morte obiit: quæ maligna nobis peperit turbationem: & classisq; adeo alterati fuerunt, ut omnes qui prius maxime desiderabant vitæque navigare, vanitatem clamantibus, quod plerumque tempus esset, donum navigare, antequam plures ex hoc venenoso acre inficerentur: & profectio eius corpus suis demonstrabat, fructus parum salubres fuisse. Postero die occupati sumus in electione novi Nauderi.

Die 27. Decembris Naucerus Ioannes Molitor inopinatus obiit.

Die 27. Decembris anchoras levavimus, & Orientatis ab insula nos posuimus, ut meliorem stationem haberemus, & facilius aquam reciperemus: iterumque anchoram commisitimus gurgit. 12. ongryarum, ubi terram apparentia hoc modo se habuit, & navem Amstelredamum, omnibus armamentis privavit, & exoneravimus: quibus occupati sumus in diem 11. Ianuarij 1597. quo die illam incendimus ignis profecto Societati damno.

Ad Africum.

Ad Italicum. Ad Terrilybicum. Ad Circium.



Insula Le Boek a parte Barrolybica, ubi ad anchoram eramus die 20. Ianuarij, & navis Amstelredamum combusta fuit. Hic nusquam enavigare licuit, quam ad partem Australem, qua intravimus: Adversus hic fluvius, ex quo, dum opus esset, aquari liceret: sed pulvis adsacet, qui maris summo recessu, sicca apparet.

Ad Circium.

Ad Mesocircium.

Ad Aquilonem.

Ad Borrolybicum. Ad Italicum.



Nusquam licet hic enavigare, quam ad angulum Africum, aliter autem ferri & intrari ubique scopulosum.

A. Hic navis Amstelredamum combusta fuit. Hic Celocem amissimus.

Interim quod ardebat incolæ multis Canou aut Parasi ipsam super vadum aut scopulum traxerunt, ut feramenta, quæ valde desiderant, salvarent. Indies quoque multæ Canou naves appulerunt cum fructibus aliisque rebus, quæ erantur ferro, quod e navis Amstelredamum recuperabant, later aliaque oppulit Genes, cuiusmodi quædam quare navem combustissimam, & non potius Dynastæ vendidimus, qui nobis fuisse videtur.

Navis Amstelredamum igne consumpta.

Die 12. Ianuarij, duo adolescenteræ, qui iuxta Maduram capti fuerunt, e navis Hollandia fugerunt, & navigando ad insulam Le Boek, in terram viderunt, interim quod scapha nostra quibusdam invenit.

Patri Madurani modo fugerunt.

Eodem die videntes quod difficulter ibi aqua recuperari posset, ob pulvinum, qui ad ostium fluxioni erat, maris refluxu sicus anchoras levavimus, cum intentione navigandi ad Orientalem partem remissam, ubi nos omnibus rebus necessarijs provideremus, ad iter nostræ reversionis. Cuiusmodi ad Orientem navigare profectus, navis Mauris in scopulos, qui in circuitu insule sunt, tali modo impogit, ut repulsam sensit: & invenimus nos inter scopulos positos,

PRIMA PARS NAVIGATIONIS

positos, ita ut idem ostium, quod ingressi eramus, enavigandum esset, iuxta brevia, ad Libonotum: ubi Poli altitudinem, & Compasus nautici declinationem observaveramus: & invenimus hic quoque eandem 6. grad. 10. serup. elevationem, & pyxid. nauticæ ad Bortholybicum 2. grad. 25. serup. declinationem.

Nos extensis velis parati, ad enavigandum ostium, decidit e navi Hollandia naava, qui nunquam super aquas emerfit. Cursum infirmis ad Eurum, sed nusquam potuimus pervenire: quare missus est *Nadaram* navigavit, & secundum oras eiasdem insulæ cursum direximus. Perhumis est insula, sine vllis montibus: & die 14. huius ad angulum Orientalem peringimus, qui montosus apparet, ubi ad Orientem insulæ, plures sunt exiguae insulæ, quas omnes ad lasas veli reliquimus, & ad Austrum navigavimus versus ferum Ballabuan, ut ad Austrum & retro *Java* versus partem navigarentis, cum ad Boream nec ventus, nec tepus anni, nobis favere voluerunt: & conspeximus eodem tempore terram firmam altam lava, valde montosam, distantes inde 4. miliaria fere: eratque terra alta supra *Panarucan*, & ideo recta ad litus navigavimus versus Nolybicum.

Die 17. Januarij summo mane, Pinassa quæ præcesserat, tormentum eiaculara est, quare omnes perteritii fulmus, metuentes difficultatem aliquam supervenisse: eoque magis ab aeris obscuritatem: nam nesciebamus ubi quaerenda esset, quia eius ignem non potuimus cernere: quare secundo eiaculara est, & scapham ad nos misit requirere auxilium, ut a scopulis, quibus infidebat, ipsam liberarem. Quare viros missimus, qui anchoram educerent, a scopulo eam liberarunt, & post missas molestias navigantem reddiderunt. Martino tempore montes ascendentes vidimus supra *Panarucan* situm, qui primum iam decem annis elapsis flammam evomit multam cum hominum pernicie & interuocione: & fumum evomit obscurissimum. Alium quoque magnam vidimus montem, *Sierra de Pagode*, aut *Pracada* dictum, a magno *Pragode* aut Ethnicorum fano, quod in eo est: nec non ab oppidulo ad radicem montis suo, *Pracada* dicto: & nobis apparuit, ut sequitur, cum circumvicina regione. Ad radicem huius montis insident fundo Pinassa. Iuxta oppidulum iam dictum, erant duo alia oppidula, quorum alterum *Chandi* de erat, ubi tres *luncas* ad anchoram erant posite. Eodem hoc die frerum Ballabuan ingressi sumus, secundum oras *Java*, in loco ventricoso qui petrosus & scopulosus, ubi anchoram eiecimus in gurgite *g. orgyiarum*, & a fundo scopuloso: quod in angustiiori loco vix semimiliari lanum erat, habens ad Orientem insulam *Baly*, ad Occidentem *Java*, terra ibi alta & montosa, ut in delineatione conspici potest, quæ ut plurimum *Oryza* est seminata. Hic sunt certe vesperationes, magnitudine Gallinæ: quas incolæ asiant & edunt.

Bali.

Ad Topolibonotum.

Ferum.



ad Mesafricum. Sierra de Pagode aut Pracada.

Sierra de Persade alias Panarucan. ad Prafricam.



Ad hunc angulum Occidentalem Pinassa fundo infidebat.

Java.

ad Ovesum.

ad Mesafricum.




Navis Hollandia oram Bali elegit, quæ cum fere angulum superasset, aquarum fluctus, tanta violentia, & rimore ei obviam venit, ut aqua spumaret: quare tanta celeritate retroacta fuit, ac si volasset: nec rudentes vlli eam retinere potuissent: nam tribus miliarijs ad Boream repulsa est, cum periculo appulendi parvam insulam, inter insulam Bali & Java sitam, quare anchoram demisit: cuius funis primo in fessu dirupus est, aque violentiam nequens fere: sed tandem sub insula Java anchoram figit in gurgite *g. orgyiarum*, existens fere ex conspectu reliquarum navium. Quare pernecesse est illi qui fremm vult transnavigare, quod teneat se ad Oras *Java*: nam sub Bali 60. aut 70. *orgyis* fundum non tangunt: & insula Bali & fredi valus hic est.

ad Me-

ad Mesopotamiam.

ad Austrum.

ad Mesopotamiam.



Apparentia insulae Bali, die 18. Ianuarij, mane, ad anchoram existens sub Iava, in gurgite 26. orgyjarum.

ad Libanotum.

ad Tpolibonotum.



ad Africam.



Fretum. Iava.

Die 19. mane nobis se iunxit navis *Hollandia*: & conspicientes plures *Paras* ad Oram *Iava*, Celocem viris munivimus, quae eo navigavit, ut inquireret ubi aqua recens recuperari posset. Ibi appellentes, 7. viros invenimus in *Paras*, qui *Panaruca* veniebant, hi nobis dixerunt quod eo in loco aqua recens recuperanda erat, sed sobrie: at *Balaban*, vnde adhuc aberamus iter vnius diei, egregius fluvius erat, ubi copiam recentis aquae obtinere possemus, & quod ipsi eo navigare decreverant. Aliquas merces illis donavimus, requirentes vt nostras vellent accedere naves, & nos ad locum illum deducere, & quod illis satisfaceremus, quod nobis promiserunt. Ad obtinendum aliqua resocillania, debuissimus anchoras eijcere, ubi *lonca* conspeximus iuxta *Chandana*, quo in loco satis obtineri poterat. Appulit quoque classem nobilis *Panarucanus*, hic ait se missum fuisse a Rege in villam quandam, cuius incolae omnes aufugerunt ob bellum quod Rex *Passerum* grebar, contra Regem *Balaban*, qui eum stricte obsederat, vt supra dictum est. Hic nobis promisit in portum *Balaban* ducere. Ad oram Bali, in quodam sinu, innumera vela vidimus, & populum multum in litore. Hic nobis dixit, illos ibi congregatos fuisse ad succurrendum vrberi, eranque octies mille, exceptis reliquis, qui alijs in locis erant. Nos vero illi non credentes, suspicabamur omnes vires *Iavae* ibi coniunctas fuisse, vt nos invaderent, & transitum impedirent quare nos preparavimus, vt nos (si opus esset) parati essemus.

Congregatio
vivorum
octies mille

Die 21. Ianuarij nostra *Celoce* terram accessimus, & incolae allocuti sumus, nec non *Paras* praesidiariam quae aequae recenti providebat, aliasque naviculas annona oneratas, ad cibandum civitatem *Balaban*. *Passarvani* *Mahumeritae* sunt, quare bellum fortius vrget. Nam *Panarucani* & *Balabuan*, & circumvicini loci, sunt *Ethnici*. Freti tractus erat *Phnicocus* & *Circius*. Eodem die navem *Mauritiam* accesserunt duae *Paras*, quae *Balaban* venerant, in quibus servus erat cuiusdam monachi, qui in *Panarucan* Christianis concionabatur, & *Iavanos* baptisabat. Hic renulit se *Balaban* fuisse, ubi magna erat caristia, & quatuor diebus obsessa fuisset, quodque tres *Lusiani*, qui *Panarucan* illuc venerant, & tormentorum circulationem administrabant, spem amiserunt, cosque diutius civitatem defendere non posse. In freti medio iacentes, valde stricte erat fretum versus Boream, & valde laxum ad Austrum, vt ex subsequenibus apparerentis conspici potest. Civitati tantum appropinquavimus, quod eam conspiceri potuimus, nec non inimicorum castra ad fluvium posita: ubi ab vtraque parte propugnaculum erat, fluviusque palis vallatus, vt annona nulla, neque subsidia introduci queant. Vesperis anchoram commisitimus profundo 7. *Orgyjarum*, & bono fundo nigro arenoso, miliaris tribus ab Vrbe.

Die 22. Ianuarij. Apparentia Freti & Sinus *Balaban* ad partem Orientalem *Iavae* maioris sita.

Sierra Pracada. ad Mesocircum.



A. Freti versus Boream, qua fluctus valde egrediuntur & ingrediuntur. quare navis *Hollandia* anchoram amisit, & magnum naufragij periculum subit.

M

ad Oceanum.

PRIMA PARS NAVIGATIONIS

ad Occidum.

ad Ypocorum. ad Circum.




Arborum Cocoseferarum.

Hic retro est parvus fluvius. Hæc insula apparebat, sed fuit terra firma lavæ. Hic ex opposito erat obsessa urbs Ballabuan.



Fluvius Ballabuan est ad Eurnum, & Coram cum hoc monte.



Bali. Ostium freti Australe, respectu nostri ad Notapelioten extensum.

ad Cetiam.



ad Terrapelioten.



* In hoc sinu, se congregavit subsidium Bali, erant hic circa 60. Paraos, militibus plenz.

Die 22. Januarij, iterum anchoras levavimus, & urbem propius accedere tentavimus, quod fieri non poterat ob fundum vadofum, & æggetem castrorum: quare ad alterum latus anchoram posuimus in gurgite 10. orgyiarum, bono & anchoris idoneo fundo, ad Ypocorum militari vno ab urbe: & Pinafam misimus, ut fluvium aquæ dulcis quæret, quæ terræ adeo propinqua fuit, quam fieri potuit: & nullum reperiens, iuxta naves rediit. Sinus hic rotundus est, nonnullis in locis habens terram omnino humilem.

Adhuc sub velo existentes, vir nobilis nos appulit, qui noctu ex urbe per terram venerat: hic nobis retulit omnem conditionem obsidionis, & quod civitatis incolæ, defectu annonæ in magna erant angustia: & iam multi fame perierint: quodque obsidio æque gravis maneret, & si plures quam ter mille ex inimicis tum ex defectu, tum gladio occiderint, qui in obsidionis initio octies mille fuerunt. Præterea narrabat belli causam & originem: nempe: Quod Rex *Passarus* in matrimonium petijset filiam Regis *Ballabuan*, quæ illi missa fuit honorabili comitatu: quam, postquam concubuerat, occidit. Quod Rex *Ballabuan* intelligens, militem conscripit, ut talem injuriam vindicaret. Sed cum illi latere diu non poterat, Rex *Passarus* consultum videbatur cum prævenire, & in

Causa & origo Belli.

vrbe

vrbe propria obfidere, quod, vt fupra diximus, fecit. Nobilis hic quoque dixerat, quod Regis huius pater adhuc vixerat, qui in Provincia interiori parte fe tenebat gravis annis: & interim mentio fiebat de quadam navi noſtris fimili, quodq; Rex ille fenex idem eſſet, quæ Cadiſich deſcribit tunc tēporis 150. annos vixiſſe, atque viros fuiſſe noſtro more veſtitos. Invenimus hic octo longas, arcas aduarias cimbas, ex inſula *Sembava* miſſas, in ſubſidiū vrbs *Ballabuan*. Cunctis his diebus rudior his in paribus fuit aura, cum ventis valis & turgidis vndis. Incolæ interrogati an ſemper eo modo caelum ibi aſſectum eſſet, reſponderunt ipſos met admirati: & quod qui in terra eſſent, dicebant, nos eius aurores eſſe, cum non eſſent conſueti talem habere auram. Celocem in terram niſiſimus, vt aquam quæcūq; dulcem: ſed præter purcos aquæ ſalæ nihil invenitur, quare ad naves redierunt, & Pinaſſam cum ſcapha ad Sinum miſerunt, ſed nullam potuerunt reperire aquā nobis convenientem ad renovandam aquā, quam fluminis ad quod & vrbs, & caſtra erant poſita. Die 24. per Pinaſſam fundum tentare iuſſimus: ſed ceteris id impoſſibile, ob fundum vadofum anchoras levavimus, & verſus Bali curſum inſtituimus ad Orientem: ſed cū littori nimis appropinquavimus, iterum anchoras fundo commiſimus: dieque poſtero curſum verſus Bali pericuri fumus, vt ibi provideremus rebus neceſſarijs ad vitam, in reditu fruendis. Nam præter Oryzam, & æquæ dulcis parum nihil habuimus. Vidimus quoque ex monte prædicto, horribilem aſcendere fumum, vnde plurimum omnes mirabamur.

Regi 150 an-
norum.

De adventu iuxta inſulam Bali, & quid ibi acciſerit.

C A P. 42.

Navigantes quam proxime licuit, flante Czacia, qui integro anno hic viget, & fluat ex Notapellote vali- de aſſuente, a Meridie anchoras poſuimus in gurgite 13. Orgyiarum. Eodem die, vento propitio exiſtente, & poſtquam cum incolis locuti eſſem, qui nobis dixerant paulo ſuperius flumen eſſe, vbi omnibus rebus neceſſarijs providere poſſemus, anchoras levavimus, & illuc navigavimus, a nehoras ſque commiſimus fundo arenoſo, & profundo ſeptem Orgyiarum. Brevi poſt vos appulſi Parao, quæ omnia felicia nobis oſtendebat, quodque ibi & annonæ, & aquæ dulci provideremus: & vt eius rei certiores eſſemus, qui ſæpius decepi eramus, eo miſimus die ſubſequenti, Pinaſſam cum ſcapha, vbi fluvium invenitur, ſed parum profundum, quæ pulvinum qui ad ipſum oſtium erat, difficulter vacua ſcapha ingredi licuit. Ad eundem fluvium erat villa, quæ 60. dies ſere continebat, vbi incolæ maxime ſe exercebant textura panni Goſſypini, cuius egregij artifices erant: quos fecerunt diverſi colonis, & operis: & in circumvicinis inſulis d. tribuerunt: quæ tam ad inſulas *Moluccas*, *Ambon*, *Banda*, quam *Java*, *Bantam*, *Sunda*, & *Sumatram*, ſua commercia habuerunt. Plures Incolæ nos acceſſerunt, qui ingenti numero parati erant, ad ſubſidium vrbs *Ballabuan*.

Regiones
vbi nega-
cianæ.

Die 27. Ianuarij iterum vela dedimus verſus exceſſum angulum, qui a longe inſula apparebat, & cogitantes die adhuc durante internavigando tranſire, nocte anchoras commiſimus fundo nigro arenoſo, in magno alveo.

Die 29. nos Parao appulſi, interrogans vnde veneramus, quid quæreremus, quod tenderemus: & an ex inſulis *Moluccis* ad veneramus: cui reſponſum fuit, quod non, ſed nos Itationem quætere, vbi aquæ dulci, & rebus reſocillanibus providere liceret: quare ad Orientem nos monſtraverunt, & in terram reverſi ſunt. Poſtero die iterum nos acceſſit Parao, qui nobis fructus aliquos aſque Ana es donavit, & nos illi viciniſſim Regales aliquos, aliaque donavimus. Sub vespere alia appulſi Parao, declarans Regem interrogare, curiares eſſemus, & velle in ſcriptis habere: quod illi miſimus, nempe nos eſſe *Hollandos*: quod, ſe amice cum illis negociari vellemus, & reſocillationes aliquas emere, aquamque dulcem recuperare: quæ mox in terram reverſa eſt, dieque ſequenti plures *Paras* nos acceſſerunt.

Regis poſt-
eo.

Die primo Februarij anchoras levavimus, & curſum inſtituimus, ad ſuperandum angulum quandam inſulam Bali: ſed renitente non nihil vento, anchoras iterum eiecimus. tunc rurius multæ *Paras* nos acceſſerunt, adſerentes diverſos fructus & Anates. Aura erat ſatis rudis, & mirabamur quod inſulani audent tam valido vento, garvis viſus *Paras* navigare, & aquis ſe committere.

Die 2. Februarij, tribus horis ante lucem, iterum anchoras levavimus, ad angulum navigando ſuperandum: ſed cum ventus iterum reniteretur, & obliquando nihil proficere potuimus, ob ſtuctum ad verſantem, ſoacti fulminis anchoras fundo commiſimus in gurgite 25. orgyiarum. Hic adhuc vidimus ardentem montem *Camarucam* magnos evomere fumos & vapores: fretumque *Boream* verſus hoc modo ſe detexit, & nullum tranſitum agnoſcere potuimus. Ventum altatum tam validum accepimus, vt navis *Hollandiæ* anchora, ambos vncos perderet, ſed mox alia demiffa fuit.

Die 3. Februarij anchoras levavimus, & Porcorum promonoriū ſuperavimus: ſed navis *Hollandiæ*, cum ſero inceperit, non potuit ſuperare, ob ſupervenientem ventorum flatum: quare iterum anchoras eiecit. Nos vero ſuperato angulo ad *Boream* navigavimus, viſque ad terram humilem, iuxta duos adiacentes Scopulos, & perceptum diverſos incolæ piſcantes, & invenimus nos hic iterum fretum aut ſtrictum ingredi, quod olim *Franciſcæ* *Drachus* tranſiit, cum univerſum orbem circumnavigavit. Pinaſſa navigavimus verſus ſinum, vbi fluvium eſſe

PRIMA PARS NAVIGATIONIS



Sic se detegit Fretum Ballabuan, cum respectu nostri esset ad Bortholybicū: nos quidem eramus ad Porconum Promontorium.

Insula Bali.



Delicatio nobilissim Insula Bali, qui a servis super humeros gestari volunt, cum ad Curiam, & alios sumitinerantur, in sede cooperta, ex arboribus, & umbra diuina, composita: qua gestatione uer expediant, habentes plura gestatorum, qui vicissim se releuant ab onere: Habent praeterea multos stipatores ante & retro, multis sarissis & scutis armatis, tam pedites, quam equites: nec non mulierum, quae cistulas cum Betela, & aquarum amphoras portant.



suspiciabamur, sed erat tantummodo terra humilis, fluuiolis existentibus puluibus obstructis, e quibus pauca aut nulla defluxit aqua recens. Hic anchoram demisimus, comitem navem expectantes, quae angulum, ut dictum est, superare non poterat: quū duae nauiculae Incolarū appulerunt, adferentes aliquos fructus: omnēque diligentiam adhibuerunt, ut Promontoriū superarent. Die 4. ad terram navigavimus, ad aliquem Incolarum conveniendum, qui nobis aquandi locum monstraret. Terram appellentes, multos percepimus Incolas, qui, ut videbatur, foreo aliquo redierunt, portans quilibet merces quas ibi comparaverat, & per littora armenia duxerunt. Vidimus quoque multos incolas equitantes in litore, & alterum in sede super humeros gestatam a quatuor litis servis, quōs precedebant

præcedebant 20. fere, à striss portantes, fimbrijs rubeis & albis ornatas. Ad hunc virum misi vt vnum ex suis requireret, qui locum aquandi nobis monstraret. Hic nobis aliquos misit fructus, & requisivit vnum ex nostris, dando obsoles duos ex suis; quod factum fuit, ea conditione, quod die postero iterū hic in terram descenderemus.

Die 5. februarij anchoras levavimus, paulo boreallus vela dando: & scapham rursus in terram misimus vt nostros reducerent, seruosque secum duxerunt: Vbi venientes, noluit dominus nostros reddere, postquam suos seruos rec. perat, eo quod navis alium occupasset locum, & extra suum eramus dominium: tamen post multa promissa, illorum alter per vada scapham accessit, & sic ad nauem redijt, qui nobis declaravit, quem pridie gesserunt vidimus, fuisse ex præcipuis regionis, qui egre tulerat nos mane locum mutasse: qui & servum Lufitanum, quem pro interprete vna miseramus, re. iunerat: cum quo subsequente die ad Regem profectus est, qui in civitate Ball habitabat in Palatio magifico. Noster istinc ad eos scripsit qui in navi Hollanda erant, quod vna cum servo a Rege optime exceptus esset: quod intelligentes, nos quoque virum in terram misimus, vt omnino certiores es-

Sinu Padanh in Insula Bali, ubi die 9. februarij aquam recentem, & annonam recuperavimus. Animalium gaudet copia: nempe Beum, Caprarum, Porcorum, Gallinarum, Anatam, aliorumque volatilium. Fructibus quoque abundat: nempe Malis Medicis, Citrys: habetque fructum singularem, Pini cone similem, sed minorem, & per idoneum ad conservandum in mare: eratque.



✠ Hic aquam haurimus ex fluente rivulo.

Angulus Insulae Madureæ Cæcis,

PRIMA PARS NAVIGATIONIS

femus. Nos equidem confpicientes, quod noſter vna cum ſervo abduceret, ſecundum oram cum ſcapſa navigavimus, vt e contra aliquos apprehenderemus. Interim duæ *Parasol* viris muniz navem acceſſerunt, adferentes annonam. Has reinvimus, & icapha, ſigno accepto, ad nos remeavit. Tunc vnum ex his ad Regem miſimus vt illi ſignificaret quid adum eſſet, & quod nos non dimitteremus, donec noſtros reſtitueret: anchoram que levavimus, & Borealis navigavimus verſus aquandi locu, qui (vt noſtri aſſerebant) ibi eſſe debuit: Vbi die 9. venimus, eratque magnus ſinus, vt hic videri poteſt, ex quo fluviolus eſſluit, vbi indies aequati ſumus. Literas ſcripſimus ad navem Hollandiam, vt nos accederet: qui hic aquam recentem, omnemque annonam, Doves & animalia minoræ, & diverſas fruſtuum ſpecies recuperavimus. Illi vero videntes quod promonitoſium Porcorum ſuperare non poterant, ad Regis petitionem ſinum intronavigant, quia illis dictum fuit, quod ibi aequari poſſent: qui Regi miſerunt vinas 20. holotERICI, figurati, Corallo rubeo, vitra criſtallina, ſpectula, & plura alia. Illorum legatus cum ſervo noſtro rediit, referens, quam humaniter a Rege exceptus fuiſſet, cum oblatione, quod quæcumque in ſua erant poſſitate, ad noſtrum mandatum eſſent, quodque illis aquam recentem mitteret, & omnigenam annonam: miſitque primo quatuor Porcos, & duo vaſa aquæ. Incolæ natrabant, quod ante 18. annos ſimiles adſuiſſent homines, qui funiculum in 5. aut 6. partes ſecaverant, iterumque integrum reſtituebant. Suſpicabamur Franciſcum Drachum fuiſſe. Rex in litore venit curro infidens, egregie ſculpro, qui a duobus Bubalis albis trahebatur, magnificis pannis ornatus: quæ eius ſtipiores præcedebant, ſarſiſis longis & cannis, mucronibus inauratis præpilatis, armati, vt hic videre licet. Peſijt vt in eius honorem aliquot tormentorum ejaculationes fierent, quod factum fuit: poſteroque die alia quatuor aquæ vaſe ad navem miſit. Alias literas per terram miſimus, vt navis Hollandiæ nauæ acceleraret ad nos venire, qui in loco commodiſſimo eramus, vbi omnia ad libitum recuperare poteramus, quæ ad noſtrum pertinere rediit: miſimusque eo Pinnaſam vt eos adduceret. Noſter homo equo a rege miſſus fuiſt ad hunc finem, cum ipſo miſtens duos Boves, quos Rex nobis donavit. Hic nobis narravit, quam magnifice a Rege exceptus fuerat, & quæ honorifice ibi tractatus fuiſſet. Nos quoque tres obſides in terrâ remiſimus, poſtquam annonæ pretium quam ætulerant, acceperunt, & inſuper donum aliquod: quare optime ſuſcipiæ terram adnavigant. Qui in Leone Hollando erant, intelligentes nos eſſe in bona navium ſtatione, anchoram ſeparant, & ad Auſtrum navigant, vt angulum ſuperarent. Pinnaſam quoque adnavigantem vident, ſed Promontorium Porcorum ſuperare non poterant, ante 12. februarii diem, cum poſt multos labores, & patientiam illud ſuperabant, & oram ſequentes, tandem die 16. nos appulerunt, anchoram demittentes in gurgite 25. orgyiarum. Nos illos acceſimus, & illinc terram adnavigavimus, vt ipliſ locum aquarum oſtenderemus, & aquam quærete iuvaremus, qui aquæ omnem provisionem ſecimus: & niſi e die veniſſent, nos illos adnavigaviſſemus.

Donaria
Regi miſſa.

Rex ad li-
tora venit
curro infidens.

Deſcriptio Inſule Bali.

C A P. 43.

Aurum
Poli inſule
Bali.

Mores In-
colarum.

Inſule ſer-
vitudinis.

Inſula Bali ſita eſt ad Orientem magnæ inſulæ Iavæ, cuius Borealis angulus ſitus eſt ſub altitudine Poli Antartici 8. graduum cum ſemiſſe, continens in circuito 12. miliaria Germanica: ad Oram Borealē valde montioſa eſt, ſe extendens magno excelſo angulo ad Auſtrum, longe in mare. Populi dives eſt, incolæ Aethiopes, capillo criſpo. Regem habent qui imperio admodum toti Inſulæ imperat. Ethnici ſunt, adorantes id quod ipſis mane primo occurrat. Veſtituræ ſicut Iavani, & vicini Inſulani. Multis habent vxores, eaque de cauſa Inſula populosa: nam eſt multos vendant, numerant tamen in inſula adhuc eſſe ſexcenta milia hominum. Illorum præcipuum exercitium eſt agricultura, & texturæ: nam Inſula Goſſypij dives eſt, quod & *Sambora* & adiacentibus inſulis advenit. Armento & grege abundat: vt ſunt Boves, Bubæ, Capræ, Porci, & Equi multi ſed humiles, quales ſunt Gallici, vt vix virum armata portare poſſent. Pauci ex inſula vehuntur, quare ibi numero multiplicatur. Viuntur ſolum illis, vulgares ad equitandum a villa in villam, nam Procera a ſervis ſuis in ſedibus ſuper humeros deferuntur, aut curru vehuntur, qui a Bubalis trahunt. Oryzæ magnam habent copiam, ſed Rex nullam admittit ex Inſula evchere, quæ ab innumera multitudine ſingulis annis conſumitur: nec non in arcebus, in montanis poſitis, ſervatur in annum non frugiſerunt, & adverſus invaſionem aliquam exterorum, ne fame premantur, cum agri deſolantur: nam præcipuum eſt nutrimentum in regionibus Indiæ Orientalis. Avium quoque ingenii copia gaudet: quales ſunt Gallinæ, Anates, Phaziſani, Pavones, Petſedice, Turtures, aliæque plurimæ. Fructus eorum ſunt *Cæces*, qui ibi abundant, & magnum ſunt Incolarum nutrimentum, ex quibus Oleum premunt, quod admodum ſalubre eſt. Poma aurea, Metica, & Ciſſia plenis ſylvis creſcunt. Alium habent fruſtum magnitudinis Pyri, tenui cortice involutum, ſicut Caſtanea, non tamen adeo ſpinoloſius album, grato ſapore astringentem, eaque de cauſa adverſus Scorbutum efficacem. Conſervatur Saccharo & muria: nam coctus ſapore ſaliſum amittit, dulciſque fit. Alium & habent fruſtum ſub terra naſcentem, magnitudine Juglandis, ſed durior eſt, & perpinguis, quo in edulijs valde viuntur. Habent quoque Phafeos virides, & albos, & inſuper omnigenos fruſtus Iavæ. Nullas ſpecies apud illos animadvenimus naſcentes, niſi Zingiber: quod per univerſam

Indiam crescit: sed nonnulla Medica, ut sunt *Galanga, Deringus, Canier, Baigue*, & alia. Mare illorum piscosum, piscibus cum magnis, tum parvis abundans: maximo eorum guttimento. Nullam aut paucam negotiationem habent mariimam, nisi exiguis *Parais*, quibus oras lavæ petunt, ad distribuendum pannos *Gossypinos*. Communitis est navium statio, navium quæ insulas *Moluccas, Bandam, Ambon, Macacer, Timor & Soler* navigant: quæ semper hic appellunt, ut annonæ provideant, quæ hic abundat, & vili pretio comparatur. Venduntur & hic panni *Gossypini* magna copia, qui transvehuntur ad prædictas insulas: similiter & in reditu appellentes, ob causam prædictam, pannos *Gossypinos* diversi coloris emunt, lavam deferentes, præsertim ut vendant in portibus quos plerumque ingrediuntur, mercata sic navigando exercentes multis in locis, ementes & vendentes, quod illis vile viderit. Ipsorum arma sunt hastæ longæ, & pugiones flammiformes, sicut lavanorum, sed maxime Cannæ sunt, quibus effiant tenues sagittulas arundineas, ipsoxica a cuspidè, quæ plurimum timende: nam sicut vitra duos digitos laos corpus non intrant, caspides rumpuntur, quæ in illum sinem semi pericillæ sunt, & in corpore manet & carnem toxico inficiunt, & putrefaciunt, nec non dolore adeo inflammant, quod sæpius brevi post vitam terminant. Indi vulnus mortale æstimant, & si novem ex nostris diversa vulnera accepissent in expugnatione navis Indicæ: qui nullum sentierunt dolorem alium, quam puræ arundinis, vnde Indi plurimum mirabantur. Habent & clypeos, sicut lavani. Sineses quoque aliquando hic negotiantur, qui Machæras, quibus & hic uruntur, & Porcelania vasâ panno *Gossypino* commutant. *Cassia* parva hic cursum non habent, sed solum magnæ, quarum sex mille Regali ex octo cambiunt, quibus omnes mercès emunt & vendunt. Habet quoque insula diversa metalla, nempe ferrum, Cuprum, & Aurum: at Rex non vult Auri fodinas aperiri. Nostri qui apud Regem erant, multa aurea & deaurata pocula viderunt, plura quam apud alium Regem aut Principem viderunt vidimus: & si multa fuerant visâ apud Proregem *Banatanum*, quæ a vinenibus ipsi fabricata fuerant, sed multitudine & valore his minime comparanda. Nam hic Rex magnifice & iam superbe se habet, quod ipsius præcipui proceres vix eum alloqui audent, quam iunctis manibus. Præter Regem, Gubernatorem habent, quem *Quiller*

Incolarum
negotia.

Incolarum
arma.

Insula di-
versa habet
metalla &
aurum.

*Effigiem hic videt Regis Bali, qui nobis magnam amicitiam ostendit: hic suo sic insidens curru, a duobus *Bubalis* albis trahitur. Stipatorum gerunt hastas macromibus decoratis propilatas, suntque canna, quibus sagittulas effiant: quod optime percipimus die 2. Novembris proxime elapso, in vilitatone quibus novem ex nostris vulnerati fuerunt.*



PRIMA PARS NAVIGATIONIS

Insulæ Bali Corographica descriptio.



nominant. Hic Insulam gubernat, vt magnus Cancellarius Poloniam: & quidquid facit, factum manet. Huic sub-
sunt plures alij Domini, quorum quilibet, Regis nomine, suam administrat Prouinciam, quod magna sit cõcor-
dia: & si quis sit qui velit rebellare, mox ab alijs opprimitur, & saltem in exilium mittitur, sicut ante 10. vel 12.
annos accidit vni ex Regis consanguineis proximis, qui Regi se opposuit, magnamque in eum conspirationem
seccerat, vt ipsum in aribus eius opprimeret & inffericeret, & in illum finem multos congregauerat: sed conspi-
ratione detecta, omnes capti fuerunt, & morti adiudicati: Rex vero multitudinis miserescens, sententiam mutauit,
& in insulam desertam & incultam exules misit, quæ sita est ad Notapeliotem Bali, Pulo Rossa, aut Insula sylue-
stris dicta: vbi & nunc habitant, & Regis Bali imperio subsunt: insulam tamen Bali intrare non possunt. Insulam
nunc optime colunt, & populosiorem reddiderunt, eo quod ipsorum adherentes & serui erant plurimi: & Ar-
menta valde sunt augmenta: a & multiplicata. Sunt quoque Ethnici, vt incolæ Bali. Hic quoque obseruatur per-
niciosus ille mos, cum viri obierunt, quod cum ipsorum corpore exanimato, plures mulieres comburatur, af-
fundendo Olei plurimum & lignum Santalum, dicentes probas esse matronas, & virum diligentes, quæ cum ipso
comburantur. Quod in futuro seculo viro coniungentur, & cum ipso vivent, quod in India quoque fit. Mos hic
primo fuit constitutus a Rege, quia mulieres leui de causa maritos toxico necauerat, diuersis modis, cum thalami
pertraxerat, & alium adamabant. Rex ille, animadvertens quod per mulieres præcipuos suos viros amiserat, hanc
legem instituit: per quam talis mortalitas cessauit: & vt nobis relatum fuit, Princeps quidam obierat, cuius corpus
cremaretur, & cum ipso 30. mulieres, res profecto visu horribilis, & talis quam nullus nostrum videre de-
siderabat.

Coniunctio
in Regem.

Mulieres
vix in
ignem se
coniungunt
& cremant.

Quid per aera in insula Bali acciderit, & reditu nostro patriam reversus.

CAP. 44.

AD anchoram existentes in sinu, ut dictum est, diligenter rebus necessarijs providimus, in reditu confundendis: & indies terram adnavigavimus, ad reliquas naves aqua providendas.

Die 16. Februarij, Rex misit cum nostris Gubernatorem, aut *Quisur*, nobis offerens omnem amicitiam, & petijt ut pulcerem pyrium, & aliquos scelpos illi daremus: quae illi missa fuerunt: ille vero vicissim *Quadrupedia magna* & Porcos nobis donavit.

Die 20. Februarij, in terra existentes, duo ex nostris regionem ingressi sunt, qui abeuntes dixerunt alijs, quod si diu abessent, ipsos non expectarent: de quibus deinde nihil intelleximus, quavis pluribus vicibus de illis quaevisimus.

Figura demonstrans quomodo umbra post maris obitum, secundum legem Indiae Orientalis, & aliquarum Insularum, cum corpore ardente in aere viva in ignem se convertit, & crematur, ad sanctorum diversorum instrumentorum musicalium propulsandae, quas comitantur praeterea confanguines, qui artemum addunt, dicentes quod alterum ingredientur mundum, ut omni gaudio cum marito fruatur: secum deferentes pristina ornamenta, ut in altero mundo se fruatur.



Die 21. Februarij anchoras levavimus, ut ad patriam navigarem: sed tenentibus malacia, & adversi Ventorum flautibus, iterum anchoras posuimus in gurgite 12. orgyiaru: & postero die vela fecimus, cursum mare verius in sitruentes, ut ad Austrum lavz veniremus, duabus cum magnis navibus, & Pinassa: nam tertiam sub insula *le Back* igne consumimus, ut dictum est: quibus in navibus eramus, cum aegri, tum sani 90. viri, ex 249. quibus 20. quidalem transivimus lineam: ita ut 159. mortui essent: sicque navigavimus ad Africum, & Ypacum, valido & aequali spirante Notapeliote, & maris fluxu secundo.

Die 5. Aprilis, navis fissuram sentijt, ita ut quadringentos haustus sentinare coacti fuimus, & aquam difficulter

Die 21. anchora levata & reditu patriam verius.

Die 5. Aprilis navis levis fuit.

N
evacuare

PRIMA PARS NAVIGATIONIS

evacuare contigit, tandem fissuram invenimus ante malum ad latus velo oppositum, in commissuris subligaculo-
rum: suspicamur id accidisse ex nimia tormentorum eiactulatione: nam ibi erant duo magna tormenta & nea, quæ
sæpius fuerunt exonerata. Post aliquot dies similem invenimus fissuram ad latus velli in cæsium commissuris, sed
nursus obturata fuerunt: nos vero iter nostrum persequentes, die 24. direximus terram de *Nesal*, terram nempe
altam & planam, quæ extendit se in longum miliaria 13., ad *Africum* & *Cæciam*. *Caphres* siue sylvestres, nos per-
cipientes, furvos excitavit magnos: & satis apparuit quod non solum validus *Notapellio* es, sed & fluctus ex cae-
stem parte, favorabiles fuissent: nam coniecimus nos esse vltra 200. miliaria a terra, secundum nostram cõsideratione;
non obstante quod *Pykis* nautica nos non longe a terra distare monstrat, quæ parum aut nihil ad *Borholybicum*
cum declinabat. Meridie Poli altitudinem invenimus 33. graduum 30. scrupulorum, flante vento regionali. De-
inde spiravit *Zephyrus*, cum tempestate, vnda brevi, & turgidissima. Navigavimus ad *Notapeliotem* & *Phœni-*
cem: deinde direximus versus litora, eo quod fluctus nimium nos pellebant: ad *Austrum*, quod iuxta litora non
ita accidit.

Die 26. Aprilis nocte nos, sicut & *Pinassa*, a litore declinavimus: at navis *Hollandia* secundum litora naviga-
vit, dieque sequenti e murao eramus conspicuæ, quæ tempestatem tantam passa est, vt tria eius vela vento ablata
fuerant: nec nos a tempestate liberis fuimus: qui diei quadrante sine velo navigavimus, & in magno eramus peri-
culo, ob turgidas vndas, & navis nostræ apertionem: quæ ex multa tormentorum eiactulatione labe facta erat,
& aquæ plurimum hausit. Iterum versus litora direximus, & rapida hæc aura, & tempestate valida ex Occidente,
sine velis navigavimus: Meridie altitudinem Poli invenimus 36. graduum: ac miliaria 23, pulsi eramus a validis-
simum fluctibus, qui ibi *Notolybicum* petunt. Bolidem cieimus, sed fundum non tetigimus, & si suspicabamur
fuisse nos super fundû *Promotõrii* *Daguillus*: dieque 28. huius, hoc cælo tæpestuoso, & validis vndis, habuimus 36.
gradum cum semisse elevationis Poli, sine velis navigando, flante *Africo*, & cursu facto ad *Borholybicum* proxime.

Die 30. multas percipimus aves, tostris albis, signum nempe, quod non longe aberamus a terra: nec non aves
Faisians dictas, maculis nigris & albis.

Die 6. Maij, mane retro nos vidimus ad *Cæciam* Promontorium *Daguillus*, humili cuspide in mare se ex-
tendens.

Die 7. conjectura præternavigavimus Promontorium *Bona Spel*, cursumque fecimus ad *Borholybicum*. Die
8. & 9. adhuc vidimus fluctuare *Trombas*, siue magnas arundinis plantas: sicque navigavimus vsque in 23. diem ad
Borholybicum & *Corum*, & tunc obtinuimus alitudinem Poli infusæ *S. Helenzæ*, quare cursum direximus ad
Ypasticum, & die 25. mane, nobis sub conspectum venit, alte elevata apparens, cum 14. miliaria aberamus. Sub
vesperam thoracia carbaa subtrinximus, & ad vestrum tenuimus ne ipsam præternavigaremus, & hac nocte
obliquavimus. Postero die mane navigavimus ad Occidentem & *Corum*, versus insulam, quæ adhuc distabat mi-
liaria quatuor. *Pinassa*, vt decrevum erat, præcessit, & iuxta & proxime angulum *Borealem* navigavit & supera-
vit, vt ad navium stationem veniret, ubi conspectæ fuerunt quatuor magnæ *Dromones* *Lusitanæ* anchoratæ, quæ
primo appulerant ad recuperandum, pro more, aquas dulces, & refocillantia: quæ hac insula, & si nemo in ea ha-
bitet ex mandato Regis *Portugallæ* & *Hispaniæ*, gaudet maxima copia *Pomorum* *Aureorum*, *Medicorum*, *Ci-*
triorum, *Hædorum*, *Caprarum*, *Porcorum*, & multorum volatilium: vt sunt *Gallinæ* *Numidicæ*, *Perdices*, *Co-*
turnices, & aliz plures. Ora quoque maritima piscium dives est: & terra multas & diversas plantas salubres produ-
cit. In circulo fere septem continet miliaria: estque per se cineritia, & valde siccæ: nec non omnes quas habet ar-
bores, quæ plurimæ sunt sponte nascentes, & ipsarum ligna, ad nulla conducunt, quam ad comburendum: non
nullis in locis Sulphur habet. Cum *Lusitani* hanc primum detexerunt, nulla aderant animalia, nec fructus: aqua
dulci tantummodo abundabat, quæ ex montibus, in vallem descendit, & inde mare petit: vbi *Lusitani* aquam dul-
cem renovari, & se reficiunt. Est vallis hæc ob viriditatem tanta animalium & volatilium copia gaudens, vt lapi-
dibus possent occidi: & quantvis duplo plures appulerent naves, semper sæi abundarent: & qui venâni velint,
potest: sic quoque est de fructibus & herbis, dictum murum, cum nullus ibi habitat: & tantummodo parum colitur. In-
terim quod *Lusitani* adsumt. Habet quoque ad litora *Salis* plurimum, cum modissimum ad salinidos *Hædos*, *Por-*
cos & *Pisces*, ipsosque conservare in usum navigationis: ita vt commodissime, Dei providentia, ibi sit posita & fun-
data, ad recreationem illorum quæ lassæ sunt ex navigatione in *Indiam Orientalem*. Insula hæc nomen *S. Helenzæ*
obtinuit, quia in die *S. Helenzæ* sacro, inventa fuit, nempe die 21. Maij, verum tempus in quo *Lusitaniz* naves pla-
numque ibi appellunt, vt nos comperimus, sicut supra dictum est. Superato igitur angulo *Borholybico*, inveni-
mus ad anchoram positas quatuor naves magnas, quarum nautæ aut classarii pro maiori parte in terram descen-
derant, vt rei necessariæ providerent. *Pinassa* ipsi propinquior facta, tormentum eiactulavit, indicans periculum
adesse, quod nobis molestum fuerat: & con vocato Consilio nautico, deliberavimus, si tantum vna ad anchoram
esset navis *Lusitanæ*, quod anchoram demitteremus a parte velo opposita: sed magis appropinquantes, quatuor
conspeximus naves magnas: quare sinus velorum obliquavimus, & cursum direximus pariter versus. Illi vero
nos percipientes, suis omni diligentia ad naves revocaverunt, nam coram naves non erant munitæ. Sed post-
quam bis cursum obliquavimus & ab insula separati essemus, navem conspeximus, quæ nos proxime adnaviga-
bat, & nos versus eandem: & appropinquantes, vidimus navem *Hollandiam* esse: quare plus gavisus fuimus eo eius
adventum,

Die 24. vi-
dimus ter-
ram de na-
sal.

Aves quæ
si significant
non longe
adesse a
terra.

Trombas,
siue arun-
dinas plan-
tes fluctuans
etc.

Die 25. Maij
Insulam *S.*
Helenzæ de-
rexit.

Insula *Æ-*
quiditas.

Delinatio insulae S. Helena, & eius situmque facies ab Oriente ad occidentem ac a parte Borrbolybica, in navium statione existentibus, eius longitudo, latitudo, & fecunditas. Insuper habet hic quatuor magnas naves Lusitanas, vulgo Craken, ad ancoram positas, quae singulis annis hinc annuam remeant, ex Hadis, Capris, Porcis, Gallinis N. modicis, Perdicesibus, Columbis, alijsque volatilibus, quae ibi abundant: nec non unguis herbu salubribus & fructibus, maxime Pomis arboris, N. dicitis & Carys. Res quoque aquatae provident, quae ibi saluberrima est, ob calum temperaturam, & fecundam.



adventum, quam tristes ob obstaculum quod sub insula invenimus, vbi hospitium amisimus. Post eiaculationem utrinque factam honoris ergo, simul conclusimus cursum patriam versus instituire: nam grosso modo sumptum, habuimus adhuc 13. cados, & 17. vasa aequae. Viderant ipsi duas parvas naves Gallicas, die 16. huius, sub Poli altitudine grad. 22. scrup. 50. sed convenire non poterant, quia timore affecti cursum direxerunt ad oras Angolae & Borrbaplioten: & die 24. Lusitanam navem magnam, ante illos conspexerant, quam a longe nostram existimabant: cumque nullam aliam ibi suspicaretur, quam conitine navem, ipsam expectavit, & pacis vexillo signum dedit. Post vero agnoscentes Battavani esse navem, & in suo itinere navigantem in superiori parte, vexillum sanguinis gnomoni maiori affixit, & vento commisit: & mox in nostros duo tormenta eiaculavit: nostri vero e contra in illam quinque eiaculari sunt, tenuique quaelibet navis suam cursum versus D. Helenae insulam, vbi reliquae tres ad ancoram positaerant: quae quam primum navem Hollandiam conspexerant, tormentum exonerarunt, ut suos ad naves revocarent, qui cum veneramus cumulatim ad naves remeabant. Nos, ut dictum est, cursum nostrum direximus ad Borrbolybicum, patriam versus, cum continuante Craeco flatu: & vesperi in noctis primo quadrante dimensi sumus Poli altitudinem 15. grad. 20. scrup. Die vero primo Iunij multas conspeximus aves, quare suspicabamur nos non longe abesse ab insula *Ascensionis*. Deinde cursum nostrum persequentes in diem 6. Iunij, navigantes ad Ypocircium, die 7. Lineam transivimus versus Arcticum, quam duobus integris annis elapsis, quibus in linere fuimus, non transivimus: cursumque nostrum persecuti sumus ad Circium, & Ypocircium, flante vento Notapelite & Phoenice, qui per integram annum ibi continuo spirat.

Die 17. Iunij multum pulveris in nave Hollandia a vento missum fuit: quare suspicabamur nos non longe abesse ab insula D. Antonij, quae Occidentior est insularum Promontorij viridis. Sunt haec insulae numero 10.

Sub Poli
altitudine
23. grad 50.
scrup. duae
parvae na-
ves Gallicae
vide.


Die 1. Iunij
aves vidi-
mus.

PRIMA PARS NAVIGATIONIS

Insulae Promontorii
vitis.

a Lusitanis habitata: nempe D. Iacobi, S. Antonij, S. Vincentij, S. Luciz, S. Nicolai, Insula Dosal, Insula boni visus, Insula Maij, Insula Ignis, & Insula Brava. Cum Lusitani has primo detexerunt, erant depopulate & desertæ: nunc autem abundant Oryza, Milio & Frumento Turcico, ad Incolarum nutrimentum. Producent quoque multa *Poma Anrea, Medica, Citria, Bannana, Ananai, Tgnanes, Basas, Melopepones, Pepones, Cucumeres,* & varios alios fructus: similiter & vicem viniferam, & horti bis in anno: ficus Hispanas, & Sycomoros, aut ficus sylvestres. Armento & greges abundant, præsertim Hardorum, in Insulis *Maij, Boni visus, & Dosal,* vt integræ naves ijs onentur, & Brasiliam vehantur: qui hic commodissime saliri possunt, eo quod hæc insulæ Salis abundant, qui in litore, & terra humilli eiciunt, & post coagulantur. Volatiliū quoque copiam habet: vt sunt Gallinæ Numidicæ, Perdices, Coturnices, Alaudæ, & avium genus a Lusitanis Flamencos dictū, plumis albis in corpore, rubicundis in alis, magnitudine Cygni, aut Ciconiz, Gallinæ domesticæ, Pavones, Cuniculi, Ardeæ, & Turures plurimi. Mare habent piscosum, quare & ibi plures Dromones sunt piscantes, piscesque & salso & arefactos in Brasiliam transferunt. In insula Maij Equos vidimus, sed paucos. Metropolim habet insula D. Iacobi, vbi Gubernator habitat, qui nomine Coronæ Lusitaniz has insulas gubernat. Hic & Episcopus sedem suam habet. Habet Ecclesiam Cathedralem & alias pastorales. Insulæ sunt optimæ sitæ, his qui longum iter navigant, ad aquam dulcem renovandam. Nam insula Maij, ad Orientem habet fluviolum fluentem, quæ deserta est, quare sine impedimento aquari licet, in cundo, sicut in reditu aquari potest, appellendū insulam D. Antonij, vbi egregius aquandi locus, multique fructus, maxime Poma anrea egregia. Habitant hic nonnulli Lusitani, sed hoc impedire non possunt. In animo erat, si modo aquæ defectum habuissimus, hic appellere: tamen cursum debuissimus in stituere, post Linææ transitum, paulo Orientaliorem. Has ergo insulas præter navigantes, navigavimus deinde ad Boream, & Mesocircium. Hic intravimus initiū Maris Sargassii, duravitque donec 34. altitudinis gradum consecuti sumus. Sargassium herba

Icona arundinum Trombas, quæ vbi plurimum inveniuntur in 20. aut 25. miliarium distantia ad Occasum Promontorii Bonæ Spei: suntque certa notitia signa, quæd præpromontorium sunt. Inveniuntur similiter circa insulam Triflani d'Acugna, sed non tam longe, ac illa Promontorii. In eadem regione herba Sargassio inveniuntur: sicut cum venitur sub gradibus 15. Poli Arctici, vsque ad 35. gradum: distando ab Oriente quatuordecim miliaria fere.



est magna

est magna hic quantitas fluens, nescitur unde veniat, aut ubi crescat, nam alijs in locis non conspicitur: quae cognoscatur, appositimus eius Iconem, nec non Arundinis *Trombus* dicitur: quae apparentia sunt signa. Probaturusq; Bonae Spei, sicut & Corvi rostris albis.

Die 10. Julij adolefcens e navi Hollandia in mare decidit, cum egregio navis progressu, qui tamen suo felici ordine, salvatus fuit in Pinassa, quae semimiliare post sequebatur.

Die 12. coniecimus nos esse prope Insulas Corvo & Flores: sed terram non percepimus, sub altitudine 17. graduum.

Die 13. Julij, videbatur terram videre: incerti tamen ob auram obscuram.

Die 17. Navigavimus ad Caciaem: stavit Phoenix, ita vt die 5. Augusti nos esse coniecimus in Canali, sub Polli altitudine 47. graduum, cursum dirigentes ad Borhapeliotê & Aquilonem, vidimusque natate Lentem maritani vulgo *steencroos*.

Die 6. Augusti, flavit Zephyrus, mane bolide fundum tentavimus 80. Orgyiarum. Sub vesperam navem contempimus, cum aplustro Principis ventis commissio, quem accedere non posuimus, quia nobis erat a latere veld opposito. A Meridie Heilandum vidimus, quare plurimum gavisi fuimus, qui fame & frigore praetuebatur. Die postero percepimus terrâ firmam Galliz, cursumque fecimus ad Occidentem, & velum vidimus: eodem die conspicimus vulgo *de Kifas*, & post Meridiem Angliam.

Die 9. Augusti fretum, vulgo *de boesden* intravimus, ubi navem praesidiarii vrbis Amstelodami vidimus, quae nos comitatu est: sed renitente Vento rudiorê invicem appellere non licuit, nisi die subsequente. Haec nobis dedit Cerevisiam, Panem & Caseum, quae nobis necessaria fuerunt, non obstant quod sanitati obessent: nam humores in tibijs augmentati sunt: cumque magna oriretur tempestas, nos ad *Petten* anchoram demissimus, ubi navis Hollandia anchoram & Prymnesium amisit.

Postero die: empe 11. Augusti, Texeliam navigavimus, ubi Bolidis nautae nos appulerunt, & introduxerunt sicque longû & molestissimum iter noster absolvimus, in quo Deus Opt. Max. ex multis & varijs nos liberavit periculis. Navis Hollandia, visis nintibus laefacta, non potuit anchoram levare: sed ad anchoram remâ sit quae sub vesperam tantam tempestatem passa est, vt malum imputare coacti fuerant, & summum naufragij subirent periculum: quae tempestatem perseveravit in 14. diem, cessante tunc vento, Bolidis nautae navem appulerunt, qui anchoram levare iuvabant: sicque post multas molestias atque pericula in tonavigarunt ad Dei Omnipotentis laudem, qui nos salvavit: Cui Gloria, laus & Honor sit ab ævo in ævum. Amen.

De Banderibus, Mensuris, & Monetis India Orientalis.

Cum nuper nostra natio negotiationem inceperit in India Orientali, non male opportunam videtur hie adiungere Pondera, mensuras, & Moneta: am quibus illic ponderantur, Mensuratur, & quae cursum habet: incipiendo a ponderibus, reducendo ad Pondera Lusitanica, & deinde ad nostrata.

Olim ponderabatur in India per *Bahars*, quodlibet Bahar completens quatuor Cantars, quorum singula continebant 120. Aracoles, aut 20. Faratelos: quarum quilibet ponderat Olyssiponzæ, Arabiam 32. librarum: & quinque faciunt Cantar vnum aut 480. Aracoles: & quodlibet Bahar equivaletat quinies Centenarium magnum.

In *Malacca*, *Achem*, & locis vicinis, ponderant *Bahars*, cuius duae sunt species, magnum & parvum. Magnum *Bahar* continet 200. *Cates*: & quodlibet *Cates* 26. *Tayels*, aut vncias 38. & semis, Lusitanici ponderis. Nam quodlibet *Tayel* ponderat vnciam & semis fere: hoc ponderat ponderantur, Piper, Zingiber, Caryophylli, Nuces myristicæ, Cinnamomû, Tamarindi, Zerumberth, Laccæ, Macer, Macropiper, Sacchari, Mirobalani, Lignum Santalum, Indigo, Alumen, aliaque plura.

Bahar parvum continet quoque 200. *Cates*: & quodlibet *Cates* 22. *Tayels*, aut vncias 32. cû vncie Octavae partes: nam in minori pondere continet *Tayel* vnciam & semis large: hoc ponderat ponderatur, Argentum vivum, Cinabaris, Cuprum, Bisumnum, Stannum, Plumbum, Ebur, Sericam, Muscus, Zibethum, Ambra, Calambac, Lantros, Caphura: sed in India ponderatur Caphura, Mirtha, Cassia, Xylo Aloes, Rhabarbarum, Spica Nardi, per *Ferrolam*, quae, vt dictum est, continet 31. libras Olyssiponzæ. Aliud habent quoque pondus, quod *At sor* aut *Manû* nominant, ponderans 27. libras, quo Aromata medica *Cambais* ponderantur, pluraque alia quibus Pharmacopoei vtiuntur.

Crocus alio venditur pondere *Almene* dicto, ponderans duas libras. In Sinarum regione ponderatur quoque per *Bahar*: & quodlibet *Bahar* ibi continet 300. *Cates*: quae in *Malacca* 200. *Cates* efficiunt. Nam 3. *Cates* Sinarum, parvi ponderis, faciunt in *Malacca* 2. *Cates*. *Cate* 1. Sinarû, continet 16. *Tayels*, quae in *Malacca* sunt 14. *Tayels*, sive vncia 21. Lusitanici ponderis. Et quodlibet *Tayel*, ponderat 10. *Maâ*, & *Masum* 10. *Condan*: His duobus ponderibus venditur Argennum, cum aliquod emunt, cum nullam habeant Monetam, sed in parvas particulas scindunt omne Argennum, *Baniam* & in roia lava, & Insulis vicinis, *Tayel* continet tantummodo 8. *At isa*, & in *Malacca* 10. & duo Regales ex 8. ponderant 7. *Maâ*. Vtuntur alio quoque pondere, quod *Manam* appellant, vt in In-

PRIMA PARS NAVIGAT. INDIAE ORIENT.

dia: ponderatque solummodo 12. *Cates* exigui ponderis, ex 22. *Tayels*, quod est 16. large: sed in Cambaia & India, continet, vt dictum est 27. libras, omnemque annonam eo ponderant.

In Sinarum regione videntur ponderare quod *Pical* nominant, pōderans 66. *Cates* & bessem, ita vt 3. *Pical* præcise Bahar vnum ponderent: quod est 200. *Cates*: & hoc pondere Sericum ponderatur.

In Europa ponderantur Adamantes, & Rubini, & alia gemmæ, per *Hyates*, & singuli *Hyates* ponderant grana quatuor. In India per *Mangalins*, ponderantur grana quinque: sed Smaragdus, per *Raies* ponderantur 3. granorum. In Pharmacopolio videntur parvo pondere, vt *Metrical*, ponderans trientem mediæ vnicæ. *Metricalis*, quadrantem femivnicæ. Hæc sunt quæ de ponderibus eorum scribere licuit.

In India, *Cambaia* & *Bengala* mensura est qua *Oryzam* vendunt, ponderans fere libras 500.

In lava, & locis vicinis, alia parua est mensura *Gansa* dicta, continens circa tres libras Piperis: & 17. faciunt Sædium, quem *Barash* vocant, qui 5. aut 56. libras ponderat *Barravas*: & tantum ponderare debet Saccus Piperis. Videntur quoque mensura *Cedong* dicta, qua omnia grana mensurant, quæ continet circa 4. libras *Oryza*.

Quantum ad numismata & Monetae attinet, sciendum est quod ipsorum præcipue Monetæ in India, & ad *Oram Malabar* sunt *Pardaus* *Pardaus* *Seraphins*, ex Argento, sed vili: cudentur *Goz*, habentes ab vna parte D. Sebastianum, ab altera fasciculum ex quatuor colligatis sagittis: valent tres Testones, aut 300. Reis Lusitanos. Nummorum quoque computo videntur, qui *Tanga* vocantur, non quidem specie, sed 5. *Tangæ*, equivalent vni *Pardau* *Seraphin*, nempe monetæ vili. Nam habent duos computandi modos, bonæ & vilis monetæ: & 4. *Tangæ* bonæ monetæ, æquivalent 5. *Tangis* vilis monetæ: quare semper distingui debet, interrogando bona aut vili vendant moneta.

Videntur quoque in computo *Viminis*, non in specie, vt in Lusitania. Horum 4. bonæ monetæ, aut 5. vilis monetæ, *Tangam* efficiunt. Minimus nummus *Basarnes* dicitur, quorum quindecim bonæ monetæ, faciunt 18. vilis monetæ. Fusi sunt ex vili Stanno, & 365. *Basarnes* efficiunt *Pardau* *Xeraphin*.

Habet alium quoque nummum, quem *Fanos* nominant, & 20. faciunt *Pardaus* vnum, æquivalent duobus fustis nostræ monetæ. Videntur quoque nummo ex *Perfidæ Larrin* dicto, ab vrbe *Lar*, vbi cuditur: oblongus est tanquam filum argenteum duplicatum, ab vno latere signum aut charactere habens *Regis* *Perfarum*. Videntur similiter aureo *aurano*, quem *Pagodes* nominant: huius sunt duæ aut tres species: qui semper valet ultra 8. *Tangas*. Cudentur *Narsingæ*, *Bisnagar*, & in locis vicinis, ab *Ehnicis* & *Indianis*: habentque ab vna parte Idolum in forma Diaboli, sedens in sede: quare & *Ducati* *veneti* nominantur *Pagodes*, qui *Sichini* nominantur, & ibi per *Ormus* ad vechi magna quantitate, cursum habent: sicut & qui ex *Turcomania* adferuntur, qui plerumque 2. *Pardaus* *Xeraphins* faciunt. Habent & alium nummum aureum S. Thomas, dictum quia ab vna parte habet effigiem S. Thomæ: ab altera vero crucem longam: semper valet plus 7., & aliquando 8. *Tangæ*.

Regales ex 8. qui ex Lusitania adferuntur, & *Pardaus* vocantur, ibi cursum habent, sed nulla alia moneta Hispanica. Hi plerumque cum primo Lusitanæ appelluntur naves valent 436. *Rez* Lusitanæ: deinde valor augmentatur, in cambiendo, cum queruntur ad vendendum in Sinarum regionem: at nunquam minus valent. Et quando emuntur & venduntur, semper distingui debet, qua Moneta solueretur, aut per *Pardaus* *Xeraphins*, *Pardaus* Regales, aut *Pardaus* aureos: quorum nulla est moneta specialis: sed ita ad distinctionem videntur. Nam cum emuntur aut venduntur *Margaria*, *Gemmæ*, *Aurum*, *Argentum*, *Equi*, explicant, tot *Pardaus*, sed intelliguntur ex 6. *Tangas*. Sed in reliquarum mercium emptione, cum nihil distinguitur, solummodo intelliguntur *Pardaus* ex 5. *Tangas*. Habet quoque in vno *Pardau* de *Laryns*, quod est 5. *Larrins*. Hæc sunt monetæ quibus videntur in computo, *Goz*, in India, & ad *Oram Malabar*. In *Malacca*, videntur quoque nummulus ex *Plumbo*, qui ab vna parte Sphæram habent, & ab altera *Portugallæ* crucem. In *Sumatra* cursum habent *Pagodes* prædicti, habentes ab vna parte Diabolum triplici *Diademate* coronatum, & in sede sedentem: ab alia parte *Dynastam* in curru triumphali, qui ab *Elephate* trahitur. Sunt & plures alia particulate monetæ, que tantummodo cursum habent in *Jurisdictione* eius qui cudit, vt fit in *Germania*, *Bengala*: videntur loco *Basarnes* concharum speciem, quibus negociantur. In Sinarum Regione nulla videntur moneta, sed Regales, & Argentum in particulas sciendum, quibus negociantur, ponderando vt supra dictum est.

Mensura qua vendant pannum *Holofericum*, *Lineum*, & alia quæ ex Occidente veniunt, est *Covado* Lusitanæ, continens 2. vlnas, & octavam: aliter plerumque venduntur per dimidios & integros pannos: nam eorum panni certam habent mensuram, nempe 14. aut 15. vlnarum, tam in Sinarum regione, quam alijs in locis.

FINIS.



Padanus Sarajin

Larins



Bafalacur



Pagodes



BIBLIOTECA NAZIONALE
ROMA
MUSEO LUDOVICO





